MASTER NEGATIVE NO. 92-81103-8

AUTHOR:

LINDEMANN, HUGO

TITLE:

DE DIALECTO IONICA RECENTIORE

PLACE:

KILIAE

DATE:

1889

Master Negative #

92-81103-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

 Lindemann, Hugo, 1867-
De dialecto Ionica recentiore; dissertatio inauguralis quam... scripsit Hugo Lindemann... Kiliae, ex officina H.Fiencke, 1889.
96 p. 23½ cm.

Thesis, Kiel.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2-17-93 INITIALS BGY
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Lindemann

De dialecto Ionica recentiore

1900
1.50

De dialecto Ionica recentiore.

Dissertatio Inauguralis

quam

auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in academia Kiliensi

ad summos in philosophia honores adipiscendos

scripsit

Hugo Lindemann

Hannoveranus.

KILIAE.

Ex officina H. Fiencke.

MDCCCLXXXIX.

Imprimatur:
Krohn
h. t. decanus.

Caput I.

§ 1. De dialecto Ionica recentiore.

Dialectus Ionica, quae inde ab Alexandri magni temporibus cum reliquis fere Graecae linguae dialectis e litteris et ex usu cotidiano evanuerat, aetate imperatorum Romanorum reviviscere coepit. a Neronis temporibus usque ad quartum post Christum saeculum viri extiterunt, qui in libris suis sive historicis sive philosophicis sive medicis componendis dialecto uterentur, quam ante sescentos annos veteres Iones adhibuerant.

Quorum agmen ducit Apollonius Tyaneus, de quo Philostratus *τὰ ἐς τὸν Τυανέα Ἀπολλώνιον* VII. 25: *Ἀπολλώνιος* inquit, *δὲ τὰς μὲν διαθήκας τὰς ἑαυτοῦ τὸν Ἰώνιον ἑρμηνεύει τρόπον, ἐπιστολῇ δὲ ἰαστὶ ξυγκειμένῃ οὔπω Ἀπολλωνίου προσέτυχον, καίτοι ξυνειλοχὼς αὐτοῦ πλείστας.* — sequitur Aretaeus Cappadox medicus, quem Neronis temporibus et ante exactum Titi imperium vixisse maxime mihi probabile est. quae ex eius scriptis extant *περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία δ'* et *θεραπευτικὰ ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν βιβλία δ'* sed mutilata, dialecto Ionica composita sunt in imitationem Hippocratis, cuius solius Aretaeus mentionem facit. ut omittam Polemonem, de quo cf. Foersterum in progr. Kilon. de Polemonis physiognomonicis p. 4 disserentem, proximus est Arrianus Nicomediensis, qui anno 136 Bithyniae provinciae ab Hadriano praepositus erat.[1]) dialecto Ionica libellum scripsit, qui inscribitur *Ἰνδική*. aequalis eius fuit Lucianus, cuius inter libros duo sive genuina sive subditicia leguntur opuscula *περὶ Συρίης θεοῦ* et *περὶ ἀστρολογίης*, et in cuius dialogo *βίων πρᾶσις* inscripto Pythagoras Democritus Heraclitus Ionica dialecto utuntur. eisdem temporibus rhetor Cephalion in Sicilia, qua in insula exul vivebat, dialecto Ionica composuit *παντοδαπὰς ἱστορίας*, quarum novem partes nominibus novem Musarum signatae

---

[1]) cf. Nissen Mus. Rhen. 43, 236.

erant. continuit tempora a Nino usque ad Alexandrum magnum. cf. Photius cod. 68. Mueller fr. hist. gr. III 625. — a Luciano in libro *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν* c. 16 medicus Callimorphus commemoratur, qui *ἱστορίας Παρθικὰς* dialecto Ionica conscripsit. cf. Mueller III 649, 3. in eodem libro Lucianus anonymum quendam affert, qui librum de Parthicis rebus scriptum ita incipit: *ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσέων*, praeterea haec Iadis vestigia: *ἔδεε γὰρ Πέρσῃσι γενέσθαι κακῶς. ἦν Ὀσρόης, τὸν οἱ Ἕλληνες Ὀξυρόην ὀνυμέουσι.* cf. Her. I 8 *χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς.* et I 7 *ἦν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μύρσιλον ὀνομάζουσι*, quem locum iam Steinius Her. praef. p. L. comparavit. — secundi vel tertii saeculi, si recte coniecit Mueller fr. hist. gr. IV 279, est Abydenus, qui historiam Assyriorum et Medorum scripsit et in Assyria historia, ut e fragmentis ab Eusebio Praep. ev. IX 41 allatis patet, dialectum Ionicam affectavit. — tertio saeculo tribuendi sunt Asinius Quadratus, Uranius, Eusebius. Uranius de Arabia opus dialecto Ionica composuit. cf. Mueller IV 523. — Eusebium, quem Ionica dialecto usum esse e fragmentis discimus, historiam composuisse, in qua ab Octaviano exorsus narrationem usque ad mortem Cari (a. 283. p. Chr) deduxerit, docet Euagrius histor. eccles. V extr. »liber nonus fuerit operis ultimus, adeo ut Herodoteas Musas Eusebius non modo dialecto Ionica, sed librorum quoque numero imitatus sit« Mueller fr. hist. gr. V 21. duo nobis fragmenta servata sunt, quibus obsidio Thessalonicae describitur. ed. Wescher, Poliorcétique des Grecs 342—46. Mueller V 21—23. Dindorfius hist. Graec. min. I 199. 201. — Asinius Quadratus scripsit Parthicorum libros minimum octo et Romanae historiae libros quindecim Ionica dialecto usus, qui aut *Χιλιετηρίς* aut *Χιλιαρχία* aut *Χιλιάς* inscripti tempora ab urbe condita usque ad annum 248 p. Chr. n. continebant. cf. Mueller fr. III 659. — quarto saeculo tribuendi sunt Praxagoras et Eusebius Myndius. Praxagoras Atheniensis postremis Constantini magni temporibus vel sub Constantio imperatore, ut videtur, vixit. de libris eius disseruit Photius bibl. 62 *ἔτος δὲ τῆς ἡλικίας ἦγε δεύτερον καὶ εἰκοστὸν Πραξαγόρας, ὡς αὐτός φησιν, ὅτε ταῦτα συνέγραφε. συνεγράψατο δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἕτερα βιβλία δύο περὶ τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων ἔτος ἀνύων ἐννεακαιδέκατον. συνέταξε δὲ καὶ ἕτερα βιβλία ἓξ εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον τριακοστὸν πρῶτον*

ἐλαύνων ἐνιαυτόν. ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἡδύς, ὀλίγου δὲ τοῦ δέοντος ἀτονώτερος. κέχρηται δὲ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ. Dindorf, hist. Graec. min. I 440. Postremo nominandus est Eusebius Myndius, philosophus neoplatonicus, Aedesii discipulus (cf. Eunap. vit. soph. p. 48 ed. Boiss). cuius fragmenta a Stobaeo servata et a Mullachio fr. phil. III 5. sqq. collecta dialectum Ionicam exhibent.

Iam mihi propositum est quaerere, qualis sit haec, ut ita dicam, renata dialectus Ionica. Res mihi autem est potissimum cum historicis, etsi etiam constanter ad Aretaeum respiciendum erit. quamquam autem illos dialectum Herodoti, ut Aretaeum Hippocratis, imitatos esse legenti mox apparet, tamen singillatim quaerendum erit, in quibus cum illo conveniant, in quibus discrepent. sed priusquam opus ipsum aggrediar, oritur quaestio, utrum nostri scriptores Herodoti libros iam a grammaticis mutatos usurpaverint necne. veram Herodoti dialectum e titulis, quos Ermanus in dissertatione Lipsiensi, Karstenius in Halensi, Bechtel in »Abhandlungen der Königl. Gesell. der Wissensch. zu Göttingen 34. Bd. 1887« collegerunt, cognoscere possumus. itaque si codices librorum nostrorum cum codicibus Herodoti consentiunt, dissentiunt autem a titulis, ea re demonstratur illos iam retractatione textus Herodotei usos esse. [1]) equidem autem puto duplicem Herodoti textus mutationem accipiendam esse. prius enim sine certo consilio formae Iadis Herodoto recentioris passim in textum illatae sunt. deinde a grammaticis secundum certam rationem atque legem recensio textus facta est. sed quibus temporibus facta sit, nescitur, cf. Wilamowitz, Philol. Untersuch. l. l. »ein ungleich einschneidenderer und verderblicherer *μεταχαρακτηρισμός* hat den Herodot betroffen. wenn wir nur wüssten, wann die jonische Prosa diesen durchgreifenden *μεταχαρακτηρισμός* erfahren hat«. mihi constare videtur illam duplicem textus Herodotei mutationem ante Arriani et Luciani tempora factam esse.

In constituendis autem textus scriptorum de quibus agimus lectionibus haec lex valere debet: ubi codices nonnulli formam Ionicam exhibent, haec restituenda est, etiamsi vetustiores codices vulgarem praebeant, nemo enim illos codices a viro quodam docto secundum dialecti normam correctos esse putabit. sed si quis forte tantum tot

[1]) cf. Wilamowitz, Philol. Untersuch. VII 315.

scriptorum de adhibenda dialecto consensum miretur, hic consensus non correctoribus grammaticis debetur, sed inde fluxit, quod unum Herodotum imitati sunt et dialectus, quippe quae iam non in vulgari sermone adhiberetur, sed docte ficta et formata esset, apud diversos scriptores eadem non solum esse potuit, sed paene debuit.

Caput II.

de vocalibus brevibus eorumque mutationibus.

§ 2. de ε in α mutato.

Ionicae ut aliarum dialectorum est vocalem ε in vocabulis *τρέπω, τέμνω, μέγεθος* in α mutare. cf. G. Meyer, gr. Gr. 20. 30. I. Schmidt, K. Zts. 25. 154. Herodotus ubique formas per α usurpat, cf. Dindorf, commentat. de dial. Herodot. VI. Bredow, de dialecto Herodotea 144. —

Videamus, quomodo in nostris libris res se habeat. *τρέπω*: Syr. 7 *τρέπεται* Syr. 39 *τρέπεσθαι* de astr. 3 *τρεπομένην*. *τέμνω*: Syr. 15 *τέμνονται* Syr. 51 *τάμνει*. *τέμνει* *AE.*[1]) Syr. 60 *τάμνουσι*. *μέγεθος*: Syr. 27. 30 *μέγαθος*. ita has formas in Iacobitzii editione legimus primoque conspectu intellegimus plane absurdum esse scriptorem formas in α et ε promiscue adhibuisse. videamus codices. vocabuli *μέγεθος* codex *A* ubique vulgari forma utitur, vocabuli *τέμνω* formae et per α et per ε invenimus. in eundem modum res in aliis codicibus se habet. — in Arriani codicibus semper forma *τέμνω* legitur. *μέγεθος* decies invenitur, quorum septem exempla in omnibus libris *μέγεθος* praebent. semel *AV.*[2]) Vind. 89. *D.* Campb. Trinc. Vulc. *μεγέθει*, omittunt *LM.* Marc. *BC.* bis c. 15. 29 ad formam *μέγαθος* in apparatu critico nihil adnotatum est, qua de causa libros *μέγαθος* habere accipiendum est. in Abydeni frg. 5 *μεγέθει* invenitur. — nullam igitur certam legem in libris valere videmus, qua de causa in editionibus quoque promiscue formae per ε et per α leguntur.

iam ad epistulas et medicos recurramus. in epistulis Hippo-

---

[1]) de codicum siglis cf. Iacobitzii praef. edit. Lucian.

[2]) de codicum siglis cf. Hercher, Arriani scripta minora iterum edenda curata ab Eberhardo praef.

cratis ε in α mutatum extat in verbo *τάμνω*: ep. XVII 17 *ὑποάμνεται* Ionice *C.* ib. 26 *ἐκτάμνοντες* solus b sec. manu. ib. 46 *ἀνατάμνω* *CI.* vulgo *ἀνατέμνω*. ib. 16 in editione E(rmerinsiana) legitur *ἀνατέμνω*, in H(ercheriana) *ἀνατάμνω*. consentiunt de scribendo *μέγεθος* ib. 38. — in Aretaei medici libris longe Ionicam formam vocabuli *τέμνω* praevalere videmus: pg. 16. 107 bis. 201 bis. 210 bis. 219. 224. 229 *τάμνειν*. 141 *ξυντάμνειν*. bis 196. 229 *ἐντάμνειν*. 210 *ἐπανατάμνειν* aliisque multis locis. in unversum forma mutata quinquagies octies, non mutata quinquies: 69 *τέμνει*. 84 *τέμνονται*. 108 *τέμνει*. 140. 141. *τέμνεται* extat. his locis libri inter se dissentiunt: 225 *τέμνειν* *GV*[1]), *τάμνειν* *H.* 232 *τάμνειν* *GHV*, *τέμνειν* *A.* sine ullo dubio paucae hae formae corrigendae sunt. — eodem modo in Hippocratis quoque libris formam *τάμνειν* praevalere videmus. extat his locis: *ΠΚ.* 498 *τάμνεται*. *ΠΔ.* 17 *τέμνειν* E, *τάμνειν* vulgo. 29 *τάμνουσι*. *ἐπιτάμνειν*. *ΠΔΟ.* 22 *τάμνειν*. *ΠΤΚ.* 14 *διατάμνει*. 18. 19. 20 *τάμνειν*. 18 *ἐπανατάμνειν* *CE,*[2]) *τέμνειν* vulg. 19 *τάμνοντι*. *ταμνόμενα* *BMN*, *τεμνόμενα* vulg. 20 *τάμνῃς*. *τάμνοντα*. vulgaris forma extat: *O.* *τεμέω*. . *τρέπω*: Aret. lib. pg. 22. 42 *τρέπεται*. 57 *τρεπομένης*. 68 *ἐκτρέπει*. 74 *συντρέπει*. 22 *τράπηται*. 27 *τρέπηται* *GH*, *τράπηται* *V.* *τράκειται* *A.* quinquies igitur vulgaris, semel Ionica forma in omnibus libris extare videtur, semel varia est lectio. — in Hippocratis *ΠΚ.* 365. 366 *τρέπεσθαι*. 367 *τρέπεται*. *EI.* 10 *ἐτράπετο*. *Π.* 11. 13 bis *τρέπεται*. 41 *τρέπεσθαι*, sed ib. 41 *τράπηται*. *b.* 2142 *τρέπηται*. *μέγεθος*: mira consensione in Aretaei et Hippocratis libris non legitur alia forma nisi vulgaris *μέγεθος*.

sine ullo dubio omnia quae attuli exempla spectanti mih ubique *τάμνειν* et *τράπειν* scribenda esse videntur, cum de illo iam codices fere consentiant, praeterea *τάμνων* in Democr. frg. mor. 194. Mullach I. 352. a legatur, huius verbi Ionicae formae in nonnullis saltem codicibus inveniantur. *μέγεθος* autem scribendum esse diiudicarem, nisi nonnullis locis Arriani et Luciani Ionicae formae extarent.qua de causa inter medicos et historicos distinguendum est: in illis *μέγεθος*, in his (Arriano, Luciano) *μέγαθος* scribendum esse videtur. —

---

[1]) de codicum siglis cf. Kuehnii editionem XIII. sqq.

[2]) de codicum siglis cf. Littré, Hippocr. op. I.

§ 3. de *α* in *ε* mutato.

cf. G. Meyer gr. Gr. 25. Dindorf. VI. Herodotus *α* in *ε* mutavit in vocabulo *ἔρσην*, att. *ἄρσην*. — *ἄρσεν* Röhl. I. G. A. 379 in titulo Thasio extat, et hanc formam et in Luciani libris et in Arrianeo valere videmus e codicum consensu. eandem formam invenimus Hippocr. ep. XXVII 15 *ἀρρένων*. Hippocr. *ΠΔ*. 26 *ἄρσενα*. ib. *ἄρσεσι*. 27 *ἄρσενα*. *O*. *ἄῤῥεσι*. —

§ 4. de *ο* in *α* mutato.

cf. G. Meyer gr. Gr. 59. Dindorf l. l. XXXIII. Bredow l. l. 161. – Herodoti proprium est vocabulum *ἀρρωδέω*, in quo *ο* in *α* mutatum est. contra vulgarem formam *ὀρρωδέω* Lucianus in libro de Syria dea quater 18. 19. 28.—29 *ὀρρωδίῃ*; Aretaeus his pg. 7 *ὀρρωδέῃ*. 38 *ὀρρωδέει*. aliisque locis adhibet. —

§ 5. de *ἴκελος* vocabulo.

ἰκέλῃ Democr. frg. mor. 21. Mullach I 342. de Herodoti usu cf. Dindorf l. l. XXXVIII. Bredow 160. Herodotus usurpat formam *ἴκελος*.

de scribendo hoc vocabulo codices Lucianei minime inter se consentire videntur. cod. *A* ubique *ἴκελος* exhibet, *E* semel de astr. 10., contra *εἴκελος* de Syr. 33. 40 in plerisque codicibus extare videtur, cum sit in textu editionis Iacobitzianae. in Uranii frg. 12 *εἰκέλην* legitur forma vulgaris. — in Hippocratis contra epist. XVII 9. *ἴκελον*, e codicum, ut videtur, consensu, quam formam in medicorum quoque libris praevalere videmus. cf. Aretaei pg. 3 *ἰκέλῃ*. 12 *ἴκελαι*. 15 *ἴκελα*. 25 *ἴκελος*. 37. 49. 61. 64. aliis locis. Hippocr. *EI*. aegr. IV. *ἴκελον A*. *ἵκελον* vulg. *εἴκελον C*. Gal. in textu. *ἵκελλον DFGI*. *ἴκελλον HK*. *εἴκελον R*. — *E* III. *ἴκελον*. *ΠΔΟ*. 17 *ἴκελον*. — res cum ita se habeat, vulgaris forma *εἴκελος* et in Luciani et in Uranii libris corrigenda est. —

§ 6. de *ου* pro Attico *ο* posito.

in vocabulis *νόσος*, *κόρη*, *ὅρος*, *γόνυ*, *μόνος*, *ὄρος* *ὄνομα*, *πολύς* in libris nostris *ου* pro Attico *ο* positum esse videmus. in vocabulis *νόσος*, *κόρη*, *ὅρος*, *γόνυ*, *μόνος* productione suppletoria, quae dicitur (cf. G. Meyer, gr. Gr. 73). in vocabulo *ὄρος* ex *ο* ante simplicem liquidam ortum est. de *ὄνομα* et *πολύς* vocabulis cf. G. Meyer gr. Gr. 75. —

νοῦσος: Herodotus semper *νοῦσος* usurpat, cf. Bredow 163. — septies hoc vocabulum in libro de Syria dea legitur et ubique codices de scribenda forma Ionica consentire videntur; in editione enim critica Iacobitzii nihil adnotatum est et illae formae in textu leguntur. in Arriani contra libro, in quo ter legitur, bis in codd. est Attica forma cp. 14 *νόσῳ* et *νόσους*, semel Ionica cp. 15 *νούσων*. — in epistulis Heracliti: V *νοῦσον* in codd. *EF*. VI *νοῦσος EF* hae inveniuntur formae Ionicae, cum cetera vulgari dialecto composita sint. — ep. Pherecyd. *νοῦσος*. *νούσῳ*. epp. Hippocr. vicies quinquies, ut videtur, e codicum consensu *νοῦσος* extat. semel ep. X *νόσον* in *CH* sec. m. *b*. et ep. XI, in duobus solum codicibus forma Ionica *νούσον*. — consentiunt de hoc vocabulo medicorum quoque libri. in Aretaei enim libris decies sexies Ionica, semel pg. 325 *νόσῳ* forma Attica legitur. pg. 51 codices dissentiunt: *νούσου* in *HVA* *νόσου* in *G* in Hippocratis libris quinquagies ter *νοῦσος* legitur, semel *ΠΔ*. 3 *νόσον*. ubique igitur Ionica forma *νοῦσος* restituenda esse mihi videtur.

aliter res se habet in vocabulis de hoc stirpe derivatis: *νοσέειν*, *νόσημα*, *ἄνοσος*, *νοσερός*, *νοσώδης*, *ἐπίνοσος*, *νοσοποιεῖν*. in praefatione ad Herodotum Stein LXXIII: »a *νοῦσος* nomine mirantur productum *νοσέω* verbum, quod firmiter in membranis servatum est, ut vel iuxta legantur«. consentiunt ceteri: in libro de Syr. dea 17 *νοσεῖν*, in Hippocr. epist. XI *νοσήματα* legitur et verbi *νοσέειν* undecies vulgaris forma extat. variat lectio his locis: ep. XI *νουσῶν* in codd. 4, XVII. 23 *νοσέων* mss. 6, ib. 54 *νοσεύντων* mss. 5. — in Aretaeo non extant formae nisi *νοσέω* et *νόσημα*. in Hippocratis libris sexies *νοσέω* extat. de hac forma scribenda nulla fluctuatio in codicibus esse videtur cf. Erm. I 181. adnot. contra de forma vocabuli *νόσημα* summa est dissensio, quod ex hoc formarum catalogo perspicias:

νόσημα: *ΠΚ*. 457. 512 ter. *Π*. 1. 2. 20. 22. ter. 24. bis. 25. 26. 35. 36. 38. bis. 40. bis 41. — contra: *EI*. 2 *νουσημάτων* Lit., *νοσημάτων ACR.'* Gal. in text. — 6 *νουσημάτων* Lit., *νοση. AR,'* Gal. in text. — 8 *νουσημάτων* Lit., *νοση. ACR.'* Gal. in text. — 10 *νουσημάτων* Lit., *νοση.* vulg. — 11 *νουσήματα* Lit., *νοση. CR.'* mut. al. ma. in *νουσ.*, ib. *νούσημα* Lit. *FGJ*. Ald. Frob., *νοσ.* vulg. ib. *νουσήματι* Lit., *νοσήματι CDFHIJKR.'* Gal. in text. *νόσηματι A*. mut. in *νοσήματι*, 14 *νούσημα* Lit., *νοσ.*

ACR.' Gal. in text. — 18. *νούσημα* Lit. - 19. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* vulg. — 21. *νουσήμασι* vulg., *νοση-* *ADC.* — 23. *νουσήματα* Lit., *νοσ-* *ACR'* Gal. in text. — ib. *νουσήματος* Lit., *νοσ-* *AC DFGHIJKR.'* — ib. *νουσημάτων* *K.* Lit., *νοσ-* vulg. — 24. *νουσημάτων* Lit. *D.*, *νοσ-* vulg. — ib. *νουσήματα* Lit., *νοσ-* vulg. — ib. *νουσήματα* *J.* Lit., *νοσ-* vulg. — 25. *νουσήματος* Lit., *νοσ-* *ACR.'* Gal. in text. — *E.* III. 208 *νουσήματος* Lit., *νοσ-* vulg. — 2. *νουσήματα* Lit., *νοσ-* *CDFIKR.'* Gal. — 7. *νούσημα* Lit., *νοσ-* *CD.* — 10. *νουσήμασι* Lit., *νοσ-* *C.* 12. *νουσήμασι* Lit., *νοσ-* *C.* 15. *νούσημα* Lit., *νοσ-* vulg.—*ΠΔ.* 2. bis *νουσήματα* Lit., *νοσή-* caet. — 3. *νουσήματα* Lit., *νοσ-* caet. — 7. *νούσημα* Lit., *νόσ-* vulg. 12. *νουσήματα* Lit.— *ΠΔΟ.* 1. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* 2143. 2254. 2144. 2142. 2145 2253. 36. 2146. 2140. 2165. 2276. — 3. *νούσημα* Lit., *νοσ-* vulg. — 5. *νουσήμασιν* Lit., *νοσ-* 2254. 2142. 2145. 2253. 2146 2165.— ib. *νουσήματα* Lit. Gal. in text. 2253. 2146, *νοσ-* 2143. 2254. 2142. 2145. 36. 2140. 2165. Vassaeus — ib. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* 2140. 2254. 2142. 2145. 36. 2146. — 6. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* 2143. 2254. 2144. 2142. 2145. 2253. 36. 2146. 2276. — 8. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* 2254. 2276. Gal. in text. Vassaeus. 2142. 2145. 2253. 36. 2146. 2140. 2165. — 10. *νουσήμασι* Lit. Vassaeus. Gal. in text,. *νοσήμασι* 2142. 2145. 2146. 2254. 2253. 2165. 2276. — 12. *νούσημα* Lit., *νοσ-* 2143. 2142. 2145. 2253. 36. 2146. 2140. 2165. 2276. Vassaeus. — 20. *νουσήματος* Lit. Gal. in text., *νοσ-* vulg. — 35. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* 36. 2143. 2254. 2140. 2142. 2253. 2165. 2276. 2145. 2146. Vassaeus. — 38. *νουσήματος* Lit. Gal. in text., *νος-* vulg. — 39. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* 2145. 2142. 2254. 2146. — *νούσων* 2253. Gal. in text. 2165. 2276. Vassaeus. — 64. *νουσήματι* Lit., *νοσ-* 2143. 2254. 2276. 2165. 2146. 2140. 2253. 2142. Vassaeus. — 65. *νουσημάτων* Lit., *νοσ-* 2254. Gal. in text. 2276. 2165. 2146. 2253. Vassaeus. — *Π.* 4. *νοσήμασι* *wfb.* 2142. *νουσήμασι* vulg. — 33. *νοσημάτων* *fb.* 2142. 446. — 34. *νοσημάτων* *f.* 446.— 37. *νοσημάτων* *bf.* 2142. 2269. 446. — 47. *νοσημάτων* *fgb.* 2142. 2269. ib. *νοσημάτων* *b.* 2142. 2144. 2256. — ib. *νοσημάτων* *bf.* 2142. 2144. 446. 2269. maximam fluctuationem in libris inesse videmus, tamen dubitari non potest, quin ubique vulgaris forma restituenda sit.

κούρη: semel Aret. 18. *κούρησι* legitur. cf. Bredow l. l. 166.

ὁ οὖρος: Theogn. 826. *γῆς δ'οὖρος φαίνεται ἐξ ἀγορῆς.* de Herodoti usu cf. Dindorf. l. l. IX. XLI. Bredow. l. l. 165. tituli : Röhl. I. G. A. 381, 6. *οὖροι.* ib. 8. *οὔρων.* ib. 15. *οἱροφύλακες-οἱ οὐροφύλακες.* contra I. G. A. 406. in titulo Pario *ὅρος τοῦ ἱεροῦ.* —

in Arriani libro bis extat vocabulum: cp. 2, ubi libri *ὅροι* et cp. 40, ubi *L* *ὅυροισι* *M* *οὔρεσι*, ceteri *οὔροισι* praebent. formam Ionicam *οὖρον* praeterea invenimus in Euseb. Myndii frg. 13.

γόνυ: de Herodoti usu cf. Dindorf. l. l. IX. XXXIV. Bredow 166. in casibus trisyllabis per diphthongum vocabulum scribitur. Theogn. 978. *γούνατα.* Tyrt. X 19. *γούνατα.* Cf. Archilochus tetr 75. 1. *γουνουμένῳ.*

in libro de Syria dea c. 22 legitur *γούνων*, ut codices quoque habent, in libri Arrianei cp. 36 est codicum lectio *γόνατα.*—Hippocr. epist. XVII 7 in Hercheriano et Ermerinsiano textu *γουνάτοιν* extat, sed in hac editione »*γονάτοιν* cod. *τ*« adnotatum est. nihil in hac re differunt medicorum libri. Aret. pg. 54 *γούνασι.* 62 *γουνάτων.* Hippocratis *ΠΚ.* 30. 152 *γουνάτων.* *E.* III. 202 *γούνατα* Lit., *γόνατα* *DR.'* Gal. *γόνατα* gloss. *F.*

μοῦνος: Arch. ep. 89, 4. *μοῦνος.* Call. 1,21. *μοῦνος.* Sim. Amorg. VII 24 *μοῦνον.* XIV 3 *μοῦνος.* Theogn. 52 *μούναρχοι.* Sol. tetr. 336 *μοῦνον.* Herodotus semper *μοῦνος* usurpat. cf. Dindorf. l. l. IX. XL. Bredow l. l. 163.

quinquies decies hoc vocabulum in libro de Syria dea invenitur. duodecies omnes, ut videtur, codices Ionicam formam exhibent. semel cod. *A* dissentit cp. 34 *μόνον.* bis cp. 54. 60 *μούνας*, *μούναισιν* *A* solus formam Ionicam exhibet. in libro de astrologia ter Ionica forma extat nullo codice dissentiente. in Arriani libro quater forma *μοῦνος* legitur, bis contra in omnibus codicibus vulgaris forma servata est. — in Abydeni frg. 9 *μοῦνον*, in Eusebii Myndii frgg. Ionice *ου* pro *ο* positum est ter decies, semel frg. 55 *μόνον.* epist. Thal. *μούνῳ.* epp. Hippocr. quinquies, ut videtur, e codicum consensu *μοῦνος* invenitur. codices dissentiunt inter se his locis: ep. X *μοῦνος* ex *H. b.* ep. XV 5 *μόνον* habent duodecim mss. et Erm., Hercher praebet *μοῦνον.* ep. XVII 2 *μούνους* vulg. *H.* sec. m. *b.* *μόνον* octo mss., vulgaris contra forma quater extat. his omnibus exemplis satis demonstratur ubique *μοῦνος* scribendum esse. praeterea medicorum quoque libri de hac re cum historicis et epistolographis consentiunt. in Aretaeo enim septies decies pg. 10. 11. bis 12. 15. 24. 25. 34. 37. 40. 42. 50. 52. 53. 58. 335. forma Ionica legitur, ter solum vulgaris, bis codices de lectione

dissentiunt : 68. *μοῦνον GH. μόνον V.* 119. *μόνος G. μόνον H. μοῦνος V.* in Hippocratis scriptis vicies bis *μοῦνος*, quater *μόνος* legitur; semel *ΠΛΟ.* 39. vetustior lectio in tribus codicibus servata est.

τὸ οὖρος: Sim. Amorg. 14, 1. Theogn. 881 *οὔρεος*. Hecataeus frg. 172 *οὔρεα. οὔρεσιν.* 173 *οὔρεα. οὔρεσιν.* sed frg. 44 *ὄρος.* 227 *ὄρος.* 344 *ὄρει.* — de Herodoti usu Dindorfius l. l. IX. XLI. : non minus certum est *οὖρος τὸ* pro *ὄρος τὸ* constanter dictum esse, ut vix operae pretium sit notare codices Herodoti tribus quattuorve in locis in *ὄρος* consentire«. cum eo consentit Bredow l. l. 164. cf. G. Meyer. gr. Gr. 74. Steinius contra *ὄρος* scripsit codicum auctoritate motus. extat enim in omnibus libris *ὄρος* his locis: I. 43. 104. 175. II. 6. 8. 99. 150. 158. III. 5. VII. 22. 42. 113. 115. 176. 212. 214. 218. VIII. 135. ceteris locis duae classes codicum distinguendae sunt. ad alteram pertinent codices *ABR.*, qui *ὄρος*, ad alteram codices *CPdbz.*, qui *οὖρος* praebent. ita *CPz* habent *οὖρος* II. 8. 10. 28. 75. 99. 124. III. 5. IV. 49. VII. 217. *CPdz.* II. 158. III. 54. 60. 97. 111. 117. bis IV. 25. 43. 184. V. 17. 101. VI. 96. VII. 111. 128. 129. 130. 131. 198. 199. 200. bis. 213. 216. 217. bis. 218. 223. *CPbz.* VIII. 33. 138. IX. 93. 102. —

sed videamus nostros libros: bis in libro de Syria dea formae Ionicae inveniuntur cp. 8 *οὔρεος*, quod omnes codices, et cp. 28 *οὔρεα*, quod *A* excepto, qui *ὄρνεα* exhibet, omnes praebent. in Arriani libro quater decies libri omnes vulgarem praebent formam *ὄρος*, semel Ionica cp. 11 *οὔρεα* extat. praeterea in cp. 17 adjectivum *ὄρειοι* legitur, in quo *ο* servatur. — in Hippocr. epp. X 9 extat in *H* sec. manu et *b. ὀρέων*, vulgo *ὀρῶν*, *οὔρων* in *Q.* ep. XXVII 25 *ὄρεα* et in Herch. et in Erm. editione. Aretae. 183 *ὄρεα.* — in Hippocr. *ΠΑ.* 20 *ὄρη, ὄρεσι.* 26 *ὄρεσι* bis, *ὄρεα.* — haud ita magnam fluctuationem in libris inesse videmus, nostri quoque libri, cum in universum forma *ὄρος* in eis praevaleat, cum Herodoto conspirant.

οὔνομα: Simonid. 7, 87 *οὔνομα*. G. Meyer gr. Gr. 75 *οὔνομα* ut falsam epicam formam, quam ex Homero quoque expellere vult, in codices Herodoteos fluxisse putat. ab eo de hac re dissentiunt Dindorfius, qui l. l. IX. LXI. non solum *οὔνομα* sed etiam *οὐνομάζω* Herodoto tribuit, quocum conspirat Bredowius l. l. 163,

et Steinius, qui ut *οὔνομα* ita *ὀνομάζω* Herodoti proprium esse putat. —

in libro de Syria dea septies, ut videtur, e codicum consensu forma Ionica *οὔνομα* legitur, bis in singulis codicibus : cp. 2 in cod. *E οὐνόματα* et in cp. 60 in codd. *AE οὔνομα*. semel in codicibus vulgaris forma *ὄνομα* traditur, bis in codice *A* solo. in libro de astrologia praebet *C* semel *οὐνόματα*, semel idem omnes codices. ita in Luciani libris res se habet, videamus Arrianum. tricies semel vocabulum *ὄνομα* legitur. ter decies codices Ionicam formam *οὔνομα* exhibent, quater singuli : cp. 21 *οὔνομα VA.* cp. 26 *οὔνομα A.* cp. 39 *οὔνομα A.* cp. 41 *οὔνομα A.* ter decies codices de adhibenda vulgari forma consentiunt. — in Eusebii Myndii frag. 47 bis *οὔνομα* invenitur. — in Hippocr. epp. quinquies e codicum, ut videtur, consensu forma Ionica extat : *οὔνομα* XVII 12. XXVI 1. 2. XXVII 1. 15, semel contra XXVII 14 vulgaris : *ὄνομα*. varia est lectio his locis : ep. XVII 12 *οὔνομα* unus manuscriptus, *ὄνομα* mss. quinque. XVII 21 *ὄνομα* mss. sex., *ἄλλο τι ὅλως* Erm. — ex hoc formarum catalogo satis elucet ubique in libris formam *οὔνομα* restituendam esse, et ex ea re, quod in Lucianeis libris et in Arrianeo haec forma praevalet, non sine aliqua ratione concludere possumus Arrianum et Lucianum in Herodoteis libris, quos certe imitati sunt, iam *οὔνομα* legisse. in medicis quoque formam *οὔνομα* praevalere videmus. in Aretaei libris septies *οὔνομα*, semel pg. 125 *ὄνομα* legitur. in Hippocratis *ΠΛΟ.* 3 *οὔνομα* 2253, *ὄνομα* vulg. legimus, 6 contra *ὀνόματα*.

restat, ut de verbo ab *ὄνομα* derivato *ὀνομάζω* pauca dicam. ormarum catalogus hic est: de astr. 23 *ὀνομάζεται*. Arr. Ind. 1 *ὠνόμασεν.* 31 *ὀνομάζοντες*. Aret. lib. pg. 71 *ὀνομάζομεν*. Hippocr. *ΠΑ.* 22 *ὀνομάζουσιν. ΠΛΟ.* 5 *ὠνόμασαν*. mira ubique consensione vulgaris forma extat. aliter in vocabulo *ὀνομαστί*, quod in libro vitar. auct. et in Hippocr. epist. XVII legitur. illo enim loco codex *M οὐνομαστί* praebet, hoc decem mss. et cod. *χ ὀνομαστί*, nonnulli *οὐνομαστί. H* et b *οὔνομα*. satis est haec attulisse, cum de scribenda forma diiudicari non possit tam exiguo exemplorum numero.

πολύς: de epica forma *πουλύς* cf. G. Meyer gr. Gr. 75. *πουλύς* Theog. 509.—sed cf. G. Meyer 75.—211. *πουλύ*.—in titulis: in titulo Thasio Ermanus de dial. titul. Ion. I(nscriptionum) S(ylloges) 23, 8. *Πουλυάναξ;* Bechtel. no. 16. 153, 7. *Πουλυδάμας*. no. 78.

Πούλυος. no. 187. *Πουλύωνος;* contra Bechtel, no. 19, 287, 406. *Πολυάρκης*. no. 75. 158, 27. *Πολύθρους*. no. 163, 12. 196, 15. *Πολυάρητος*. no. 19, 288. *Πολύδωρος*. no. 19, 407. *Πολυξεινίδης*. no. 76. *Πολυδάμας*. no. 81. *Πολυαίνετος*. no. 153, 11. *Πολύχαρμος*. no. 206. a. 29. *Πολυπείθης*. no. 240, 60. *Πολύϊδος*. Erman. I. S. 23. 9. *Πολύγνωτος*. *Πολύφωνος*. -- de Herodoti usu cf. Dindorf. l. l. XLII. Bredow. l l. 167. Herodotus una *πολλός, πολλή, πολλόν* forma utitur, cuius tanta apud eum est exemplorum copia, ut non difficile intellectu sit paucos quosdam locos, in quibus libri *πολύς* vel *πολύ* praebent ad ceterorum exemplum esse refingendos.

cum hoc loco de stirpe huius vocabuli quaeratur, non de terminatione, Luciani et Arriani libri de adhibenda forma Herodotea consentiunt atque hac re a medicorum libris differunt. in Hippocratis epist. XIII 16 semel *πουλύ* in *C* invenitur, quod Ermerinsius in textum recepit. in Aretaei contra et Hippocratis libris alia res est. sed in his quoque distinguendum est inter eas formas, quae ad classem stirpium in *υ* exeuntium (nom. sg. *πουλύς, πουλύ* acc. sg. *πουλύν, πουλύ*) et eas formas, quae ad classem stirpium in *ο* exeuntium pertinent. in illis enim in Aretaei libris longe forma epica praevalet: octies decies formae *πουλύς, πουλύ,* novies forma *πολύ*. in Hippocratis: ***IIK***. *πολύ:* 289. 308. 333. 359 (*πολλύ A*) 379. 384. 387. 392. 433. 446. 464. 500. 508. 611. — *πολύς:* 425. 556. 638.—*πουλύ:* 152. 402.—*πουλύς*: 32. 348.—varia est lectio his locis: 223. *πολύν A.*, *πουλύν* Lit. 388. *πολύς* Lit., *πολλύς A. πουλύς* Lind.—sine dubio ubique forma vulgaris *πολύς. πολύ* restituenda est.— ***EI***. *πολύς:* 15. — variat lectio his locis: *πολύς:* 2. *πουλύν* Lit., *πολύν AR.'* Gal. in text. 3. *πουλύν* Lit. *I.*, *πολύν* vulg. 5. *πουλύς* Lit., *πολύς ACR.'* Gal. in text. 6. *πουλύν* Lit., *πολύν AR.'* Gal. in text. aeg. IV. *πουλύν* Lit., *πολύν R.'* Gal. in text. XI. *πουλύν* Lit., *πολύν AR.'* Gal. in text. — *πολύ:* 1. *πουλύ:* Lit. *CH. πολύ* vulg. 7. *ἐπιτοπουλύ DFIK.*, *ἐπὶ τὸ πουλύ* Lit. 12. *πουλύ* codd. aliq. Parr., quorum *A.*, *πολύ* vulg. 18. *πουλύ* Lit., *πολύ AR.'* Chart. 22. *πουλύ* Lit. *D.*, *πολύ* vulg. aeg. IV. *πουλύ* Lit., *πολύ AR.'* Chart. Gal. in text. aeg. VIII. *πουλύ* Lit., *πολύ KR.'* Gal in text. XII. *πουλύ* Lit., *πολύ R.'* Gal. in text. ib. *πουλύ* Lit. *D.*, *πολλύ R'.*, *πολύ* vulg.—***E***. III. 8. *πολύ CFHIJK.* Lit.—*πουλύ:* 11. 12. 233. contra: *πολύς:* 205. *πουλύν* Lit., *πολύν* gloss. *FG. πολλύν* Gal. 203. *πουλύν* Lit., *πολύν KR.'* Gal. 209. *πουλύς* Lit., *πολύς R.'*

Gal. 212. *πουλύς* Lit., *πολύς H.* Gal. 213. *πουλύν* Lit., *DHIJ. πολύν* vulg. 225. *πουλύν* Lit., *πολύν IKR.'* Gal. *C.* 227. *πουλύς* Lit. *CD.*, *πολύς* vulg. 228. *πουλύς* Lit., *πολύς CKR.'* Gal. gloss. *F.* 234. *πουλύν* Lit., *πολύν FGHIJR.'* ib. *πουλύν* Lit., *πολύν FGIJKR.'* 236. *πουλύν* Lit., *πολλύν CF. πολύν HIJR.'*—*πολύ:* 11. *πουλύ* Lit., *πολύ* vulg. ib. *πουλύ* Lit. *D.*, *πολύ* vulg. 212. *πουλύ* Lit., *πολύ R.'* Gal. Chart. ib. *πουλύ* Lit., *πολύ R.'* Gal. Chart. ib. *μεταπουλύ CD.* Lit., *μεταπολύ FGHI.* 2. *πουλύ* Lit., *πολύ R.'* 5. *πουλύ* Lit., *πολύ DHR.'* gloss. *F.* 228. *πουλύ D.* Lit., *πολύ* vulg. 229. *πουλύ* Lit., *CKR'* habent *πολύ*. 230. *πουλύ* Lit. *πολύ CR.'* Gal. 232. *πουλύ D.* Lit., *πολύ* vulg. 233. *πουλύ C.* Lit., *πολύ* vulg. 234. *πουλύ* Lit., *πολύ CR'K.* Gal. 235. *πουλύ* Lit., *πολύ R.'*—***ΠΑ***. *πολύ*: 19. 22. 26. 27. bis.—*πολύς:* 18.—*πουλύ:* 1 bis. 6. 33.—*πουλύς:* 22. 26. varia est lectio his locis: 1. *πουλύ* Lit. 2255., *πολύ* caet. ib. *πουλύ* Lit. 2255, *πολύ* caet. 6. *πουλύ* Lit., *πολύ* vulg. ib. *πουλύ* Lit. 2255., *πολύ* vulg.—***ΠΔΟ***. *πολύ:* 3. 42.—22. *πολύν* Lit. *πολλύν* 2253.— contra: *πολύ:* 11. *πουλύ* Lit., *πολύ* 2253. 36. 2146. 2165. 2276. Vassaeus.—14. *ἐπιτοπουλύ* Lit. 2254, *ἐπὶ τὸ πολύ* 36. 2144. 2146. 2140. 2165. Vassaeus. *ἐπὶ τὸ πουλύ* 2152. *ἐπιτοπολύ* vulg. *ἐπὶ τοπουλύ* 2253. *ἐπιτόπολί* 2148.— 17. *ἐπιτοπουλύ* Lit., *ἐπιτοπολύ* 2143. 2254. *ἐπὶ τὸ πολί*: 2146. 2140. Gal. in cit. t. 3. p. 193, 2142. 2145. 2253. 36.— ib. *πουλί* Lit., 2142. 2254, *πολύ* vulg. — 19. *πουλύ* Lit., *πολύ* 2146. Gal. in text. Vassaeus. 2165. *πολύ* gloss. 2144.—30. *πουλύ* Lit. 2254. 2142, *πολύ* vulg. *πολλύ* 2253.—32. *πουλύ* Lit., *πολύ* 2146. 2276. 2165. Gal. in text. Vassaeus. cod. Flor. ap. Dietz. 112. *πολλύ* 2253. *πουλή* (sic) 36.—42. *ἐπιτο)πολύ* Lit., *πολύ* 2140. 2144. 2143. 2142. Gal. in text. Vassaeus. 2148. 2146. 2165. 36. 2145. *πολλύ* 2253.—45. *πουλύ* Lit., *πολύ* Gal. in text. 2253. 2165. 2276. 2146. Vassaeus. *πουλή* 36.—47. *πουλύ* Lit., *πολύ* 2254. Gal. in text. Vassaeus. 2146. 2165. 2276. 2142.—60. *πουλύ* Lit., 2253. *πολύ* vulg. —68. *παραπουλύ* Lit., *παρὰ πολύ* Gal. in text. Vassaeus. 2253. 2165. *παραπολύ* 2276. Lind. 2146. *καταπολύ* 2141. 2144,— *πολύς*: 22.—***ΠΤΚ***. *πολύ*: 4. *ἐπιτοπολύ* Lit., *ἐπὶ τὸ πολύ CMN.* 14. *ἐπιπολύ* Lit., *ἐπὶ πολύ E.* 18. *ἐπιπολύ* Lit., *ἐπὶ πολύ BEN.*— *πουλύ*: 16. 24. — contra: *πολύ:* 16. *πουλύ* Lit. *CE.* Ald. Chart., *πολύ* vulg. 28. *πουλύ* Lit. *BMN. πολύ* vulg. 31. *πουλύ* Lit. *BMN.*, *πολύ* vulg.— *πολύς:* 23. *πουλύν* Lit., *πολλύν C.* 30. *πουλύν* Lit.

BCMN., *πολύν* vulg. — *N.* *πολύ:* 1. *πουλύν:* 1. sed in *CE* *πολύν.* — *Π.* *πουλύ* 33. *πουλύν* 22. sed in *f:* *πολύν.* — omnia nobis exempla, quae attuli, spectantibus haud erit dubium, quin ubique formae vulgares *πολύς, πολύ* scribendae sint. nam *πουλύς* et *πολύς* promiscue adhiberi, ea de causa, ne accipiamus, prohibemur, quod codices inter se de scribendis formis minime consentiunt. eadem est res in formis a stirpe *πολλο* derivatis.

§ 7. de *ει* pro Attico *ε* posito.

εἶαρ: semel huius vocabuli genetivus in libro de Syr. dea 49 *εἴαρος* extat et ita in codicibus scriptum esse videtur, cum nihil adnotatum inveniam. in Herodoti libris duodecies legitur *ἔαρ.* semel *ἦρι.* quod contra codices in *ἔαρι* corrigendum est. cf. Merzdorf. Stud. VIII. 137. — *Ἐαρίνης* est in lamina Styrensi Röhl I. G. A. 372,82.

in Aretaei quoque et Hippocratis libris ut inter *ἦρ* et *ἔαρ* formas fluctuationem esse videmus, de qua infra agetur, ita nunquam forma *εἶαρ* invenitur. haec extat in hymn. Cer. 174 *εἴαρος ὥρῃ* et derivata huius stirpis *εἰάρινος* B 471. Theogn. 1276. *εἰαρόεις* Manetho 4,275. *εἰαρόμασθος* Anth. 5,76. *εἰαροτερπής* Orph. hym. 51, 14. formam igitur ab epicis metri causa usurpatam esse intellegimus minimeque Ionicae dialecti propriam. tamen eam hoc loco Lucianei libri retinendam esse puto, ut quam ab epicis mutuatus sit.

ε in *ει* mutatur productione suppletoria in vocabulis *ξεῖνος, εἵνεκα, στεινός.* cf. G. Meyer gr. Gr. 64.

ξεῖνος: Sim. Amorg. 7. 19 *ξείνοισι* 29 *ξεῖνος.* 107 *ξεῖνον.* Theogn. 521 *ξεῖνον.* Arch. el. 7 *ξείνια.* 19, 2 *ξείνων.* in titulis haec exempla extant: Röhl. I. G. A. 372: 291 *Ξείναινος.* 292 *Ξείνης.* 293 *Ξείνιος.* 294 *Ξεινίων.* 295 *Ξεινοκλίδης.* 296 *Ξεῖνος.* 297 *Ξεινοχάρης.* 298 *Ξεῖνυς.* 299. 300. 301 *Ξείνων.* 10 *Ἀμεινόξεινος.* 36 *Ἀριστόξεινος.* 104 *Ἐργόξεινος.* 118 *Εὐξεινίδης.* 284 *Νικόξεινος.* 318 *Πολυξεινίδης.* 322 *Πρόξεινος.* 369 *Τιμόξεινος.* 386 *Φιλόξεινος.* fortasse 127 *ξεινόδοκος.* Bechtel no. 19, 440 *Ξείνανδρος.* no. 44 *Ξεινοκράτης.* no. 228 *Ξεινοκρίτης.* no. 234 b *Ξεινοθέμιος.* Herodotus semper *ξεῖνος* usurpat, cf. Dindorf. l. l. IX. XL. Bredow. l. l. 150.

maxima est fluctuatio in nostris codicibus de scribendis hoc vocabulo et derivatis. in libro de Syria dea quinquies codices de scribendo *ξεῖνος* consentiunt: 8 *ξεῖνε.* 12 *ξείνους.* 27 *ξείνη.* 56

bis *ξεινόδοκος;* bis in omnibus forma Attica legitur cp. 14 *ξένον.* 18 *προξενέειν.* in *E* lacuna. in libris de astrologia et vitar. auct. bis forma Ionica, semel Attica legitur. Arriani codices bis 26. 28 *ξένια* exhibent. videamus epistulas: in ep. Thal. *ξείνων.* in Hippocr. epistulis extant huius stirpis vocabula quattuor: *ξεῖνος. ξεινίη, ἰδιόξεινος, ξειναγέω.* forma Attica *ξένος* legitur ep. XII 5. XXVII 5 in textu ed. Erm., bis contra varia est lectio in codicibus: ep. XVII 11 *ξεῖνε* sec. m. in *H.* et aliis tribus, *ξένε* in cett. ib. 12 *ξείνου* in quattuor mss.. *ξένου* in duodecim. *ξενίη:* quinquies extat haec forma in ed. Erm., de codicum lectionibus nihil adnotatum est. bis dissentire videntur: ep. XII 1 ubi *b* *ξενίην,* ep. XVII 3 *ξενίην* mss. octo, *ξείνην* vulg., ex quibus formis vera haurienda est *ξεινίην.* praeterea ep. XV 4 *ξεναγήσει* Erm. et ep. XVII 15 *ἰδιόξεινος* pauci codd. *ἰδιόξενος* vulg. — in Aretaeo non forma legitur nisi vulgaris pg. 149 *ξένων* 187 *ξένα.* — spectanti omnia, quae attuli, exempla sine dubio mihi videtur ubique forma Ionica restituenda esse. —

εἵνεκα: Sim. 7. 118 *εἵνεκα.* Theogn. 46. 730 *εἵνεκα.* — de titulorum usu cf. Erman. l. l. 56, 3. — in Herodoti codicibus formae *εἵνεκα* et *εἵνεκεν* inveniuntur cf. Dindorf. l. l. VIII. XXXV. Bredow. l. l. 151. —

in libro de Syria dea novies forma Ionica *εἵνεκα* in omnibus codicibus extare videtur; semel unus codex *A* exhibet Ionicam, semel unus *E* Atticam. *εἵνεκα* formam igitur praevalere videmus. contra in lib. de astrol. 27 *ἕνεκα* legitur, et in Arrianeo libro ter *ἕνεκα,* semel *εἵνεκα* invenitur. in Eusebii Myndii fragmentis quinquies vulgaris forma *ἕνεκα* extare videtur, semel frg. 24 Ionica *εἵνεκα,* in epistula Heracliti, quae apud Laertium Diogenem quoque legitur, *ἕνεκα,* in Hippocr. epistulis semel ep. XVII 19 in textu ed. Erm. *εἵνεκα* extat, nihil adnotatum invenio. bis contra XVII. 25 et IX. forma Attica extare videtur. quinque locis codices inter se dissentiunt: XVII 16 *ἕνεκα* in septem mss., *εἵνεκα* in tribus codd., ep. XXVI 3 *εἵνεκεν* in *C*, *ἕνεκεν* in *A*, sed corruptus est locus. ep. XXVII 55 in *C* solo extat *εἵνεκα,* ep. XI 8 *ἕνεκα* in codicibus tribus, *ἕνεκεν* in uno, *εἵνεκεν* in aliis tribus. — ubique et in historicorum libris et in epistulis *εἵνεκα* vel *εἵνεκεν* — hoc loco de terminatione vocabuli non agitur — restituendum esse puto, praesertim cum medicorum quoque usus de hac re cum illis consentiat. in Aretaeo enim

εἵνεκεν vel *εἵνεκα* his locis legitur: 94. 102. 178. 201. 333. 344. *εἵνεκεν*. 288 *εἵνεκα*. in Hippocratis *ΠΑ*. 9. *ΠΤΚ*. 20. 21. 30. *εἵνεκα*. sed: *ΠΔΟ*. 21. *εἵνεκεν* Lit. *ἕνεκεν* 2254. 2276. 2145. 2165. Gal. in text.— 31. *εἵνεκεν* 2253. 2276. 2145. *εἵνεκα* cod. Flor. *ἕνεκεν* vulg.— 11. *ἕνεκα* Lit. 2165. Gal. in text. 2276. cod. Med. ap. Foes. *εἵνεκα* 2253. *ΠΤΚ*. 21. *ἕνεκα* *BMN*.

στεινός: Bredowius l. l. 150: *στεινός* constanter apud Herodotum per *ει* scribendum est. cf. Dindorf. l. l. XLIII. —

in Arrianeo libro codices meliores, ut ter formam vulgarem *στενός* cp. 3. 4. 16, ita omnes ter Ionicam in cp. 21. 22 bis praebent. nota dignus est locus Eusebii ed. Wescher 342, 8, in quo codex habet *ἔσθειν*. Muellerus coniecit *ἐς στεῖνα*. sed fortasse scribendum est *ἐς στεινά*. in Aretaei libris pg. 186 legitur *στενός*. *HV* praebent *στεινῆς*, *G* contra *στενῆς*. conferendus est locus Hippocr. *ΠΤΚ*. 9 *στενώτεραι*. —

denique hoc loco pauca de vocabulis *πλείων* et *ἐνεικ* dicenda sunt.

πλείων: Herodotus semper in *πλεῖον* iota omittit cf. Renner Stud. I. 172. cf. G. Meyer gr. Gr. 152. Bredow l. l. 154.

in libro de Syria dea 46 *πλέον* in codicibus. — eadem forma in Hippocr. epist. VI. XVII 25. XXVII 10. legitur. in Aretaei contra libris et *πλεῖον* et *πλέον* promiscue legitur. *πλεῖον* extat pg. 33. 165, 246. 294. *πλέον* pg. 110. nihil differunt Hippocratis libri: *EI*. aeg. XII. *πλέον*. *ΠΔΟ*. 24. *πλεῖον*. 44. *πλεῖον* Lit. *πλέον* 2253. 2276. — 47. *πλέον*. *ΠΤΚ*. 7. 23. *πλέον*. —

ἐνεικ: in titulis: Röhl. I. G. A. 395 in titulo Ceo formam *ἐξενεχθῇ* invenimus ita scriptum: *ΕΓΞΕΝΙΧΘΕΙ*. contra Röhl I. G. A. 381. b. 3 *ἐνεικάντων*. Herodotus semper *ἤνεικα*, *ἐνεῖκαι* etc. dixit, cf. Dindorf l. l. XLIV. Bredow l. l. 148.

praeter indicativi formam de Syr. dea 16. 22. 25 *ἤνεικε* extant hae formae: *ἐνεῖκαι* de Syr. 25. *ἐνείκαντες* ib. 48. *περιενείκαντες* ib. 49. aoristi passivi: de Syr. 27 *συνενείχθη*. cp. 58. *κατενειχθέντα*, quo loco in *A* et *V* *κατηνεχθέντα* invenitur. *κατηνέχθη* de astrol. 15 extat. multum autem lectionem codicum Lucianeorum id confirmat, quod in Eusebii libro p. 344, 11 eandem formam aoristi passivi atque in libro de Syr. dea 27. 28 legimus, *ἀνενειχθείη*. in Abydeni frg. 5 vulgaris forma *ἐνέγκασθαι*, Hipp. epistul. XVII 18. *κατηνέχθη*. differunt ab historicis medici. in Hippocratis et Aretaei libris non invenitur forma nisi vulgaris:

Aret. 112 *ἠνέχθη*. 173 *ξυνήνεγκε*. Hippocr. *ΠΚ*. 1 *ἐπανενέγκαντες*. 87 *κατενεχθέντες*. 316 *παρενεχθέντες*. 607 *παρενεχθέντι*. *EI*. 2 *ἤνεγκαν*. *E* III. 7 *ξυναπήνεγκε*. *ΠΑ*. 11 *εἰσενέγκων*. *ΠΔΟ*. 33 *ἐνέγκοι*. 34 *ἐνέγκοιεν*. *N*. 2 *προσενέγκασθαι*. *ἐξενέγκηται*. 4 *ἐσενεγκαμένους*. cf. de forma *ἤνεικα* G. Meyer gr. Gr. 297. 524. H. Mueller Epenthese vor K-Lauten exc. V. Kuhns. Zts. B. 24, 513. Curtius, Verb. II, 285. —

§ 8. de *ε* pro Attico *ει* posito.

Contraria ratione Ionice *ε* pro Attico *ει* positum esse invenimus:

1. in formis femininarum in *ευ* exeuntium, quorum in Lucianeis libris *θῆλυς*, in libro Arrianeo *θῆλυς*, *πλατύς*, *τραχύς*, *βαθύς*, *ταχύς*. in Eusebii libro *ἰθύς*, in Eusebii Myndii fragmentis *ἰθύς* et *εὐρύς*, in Hippocratis epistulis *παχύς* et *ὀξύς*, in Aretaei libris *τρηχύς*. *βραχύς*. *παχύς*. *εὐρύς*, *βαρύς*, *ὀξύς*, *δριμύς*, in Hippocratis libris *ὀξύς*, *θρασύς*. *παχύς*. *ἰθύς*, *βαθύς*, *εὐρύς* extant.
2. in comparativis *μέζων* et *κρέσσων*.
3. in nonnullis vocabulis in *ειας* et *ειος* exeuntibus.
4. in stirpe *δεκ-* att. *δεικ-*.

idem est usus Herodoti, de quo cf. Dindorf l. l. VIII. Bredow l. l. 151 sqq. G. Meyer gr. Gr. 390. Curtius. Verb. I, 159.

1. feminina stirpium in *ευ* exeuntium: adiectivi *θῆλυς* has formas in Luciani scriptis invenimus: *θηλέην* de Syr. 15. 51. *θήλεας* c. 54 e consensu codicum ita scriptas. contra cp. 27 *θηλείης* in codicibus esse videtur, cum *θηλέης* ut Koenii coniectura adnotatum sit plus ad hanc quaestionem Arriani liber affert. eiusdem enim vocabuli *θῆλυς* has invenimus formas: cp. 33 *θηλέων* bis cp. 14 *θηλέῃσιν*; praeterea aliorum adiectivorum haec exempla: cp. 16 *πλατείην* codd.; cp. 21 *τραχεῖα* codd.; cp. 23. 32 *τραχείη* libri; cp. 37 *τραχείην* libri; cp. 27 *βαθέαν* libri; cp. 29 *βαθέα* libri; cp. 33 *βαθείην* libri; cp. 41 *ταχεῖαν* libri; in Eusebii libro 344 *ἰθείη* forma vulgaris extat. contra alicuius momenti esse videtur, quod in Eusebii Myndii frg. 63 codices lectionem praebent *θέητε καὶ εὐρέη*, quod sine dubio rectissime in *ἰθέη τε καὶ εὐρέη* mutatum est. in his igitur verbis vera Ionicae dialecti vestigia a librariis servata esse videmus, etiamsi in eisdem falsissime *α* breve in *η* mutaverint. sed iam epistulas et medicorum libros videamus, num qua lex fortasse in eis valeat de scribendis horum adiecti-

vorum formis. in Hippocr. epistulis, ut videtur, vulgaris forma scripta est in his femininis ep. XVII 2 *παχείῃ* ib. 35 *ὀξείῃσι*. in Aretaei et Hippocratis libris res eadem est. longe praevalent formae vulgares, Ionica his solum locis legitur: Aret. 28 *βραχέῃ G*, *βραχείῃ HVA* 204 *δριμέα G*, *δριμεῖα HV δριμύ G*. v. l. Hippocr. *ΠΛΟ*. 2 *ὀξέων* Gal. in text. 2276. 2253. 2165. 36. 2148. 2146. *ὀξείων* 2143. 2141. — 62 *ὀξείαις* gloss. 2141. 2144. *ὀξέῃσι* Gal. in text. *ΠΤΚ*. 6. 9 *εὐρέαι*. *εὐρεῖαι BMN* bis. itaque cum in libris promiscue et Ionicam et Atticam formam scriptam esse videamus, immo Atticam praevalere, tamen nullo modo hanc formam restituendam esse puto. facile enim est intellectu librarios formam Ionicam potius mutasse quam vulgarem, si in archetypo erat, in Ionicam, quam eis notam fuisse vix credi potest. tanta cum sit codicum fluctuatio, ut ratio nostra confirmetur, ad Herodoti libros nobis recurrendum erit. ad eius igitur exemplum in libris historicorum, qui manifeste Herodoti imitatores sunt, forma Ionica sine ullo dubio restituenda est. de medicorum autem usu diiudicare non audeo. nam plane audacius sit, duobus exemplis, quae in universis Aretaei libris extant, motum tantam repugnantium formarum multitudinem auferre et corrigere.

2. de comparativis *μέζων* et *κρέσσων*. Theogn. 338. 517 *μεῖζον*, quibus locis omnes codices falso *ει* exhibent cf. Renner Curt. Stud. I, 174. *κρέσσων* Phocylid. 5, 2. Hippon. tetr. 79. Anan. tr. 3, 3 *κρέσσω*. Theogn. 218 *κρέσσων*. 618. 996 *κρέσσονες*. 631 *κρέσσων*. unde corrigendum est 1173 *κρείσσων*.

formas Ionicas has invenimus in libro de Syr. dea 12 *μέζονες*. 19 *μέζονα*. 22 *μέζον*. contra semel omnes codices vulgarem formam praebere videntur de Syr. 10 *μεῖζον*. quater solus cod. *A* a ceteris dissentit, cum in cp. 25. 32. 36. 55 formas per *ει* exhibeat. vit. auct. 6 *μεῖζον*. de astrol. 5 *μέζον*. 6 *μέζω*.. sed cum in his libris lectionem codicum fluctuare videamus, in Arriano forma Ionica longe praevalet, de qua scribenda decies quinquies codices consentiunt. bis in eis *μεῖζον* extat, semel *μείζω* in *LM* Campb., semel *A* et edit. Vulc. *μέζονες* habent. in Eusebii Myndii fragmentis ter vulgaris forma legitur frg. 14 *μειζόνως*. frg. 60. 61 *μεῖζον*. contra e codicum consensu in frg. 10. 62 *κρέσσων* extat. ter in Hippocratis epistulis XVII 22. 57 XXVII 54 Ionica forma *κρέσσων* in omnibus codicibus extare videtur, semel XVII 15 in tribus solum mss.

ep. XXVII 3 *μέζω* in Parr. 6. *μείζω* vulg. — quae cum ita sint, Ionicas formas *μέζων* et *κρέσσων* ubique restituendas esse puto, ut quas non solum codices scriptorum, quos attuli, exhibeant, sed de quibus adhibendis codex quoque Eusebii vetustissimus cum illis consentiat. est enim in Eusebii frg. p. 343, 9 *μεῖζον* in textu edit. Wescherianae, sed adnotatum est: *μέζον* codex. Qua ratione Wescherus permotus sit, ut Ionicam formam in Ionice scripto libro corrigeret Atticamque poneret, intellegere non possum. praeterea sententia nostra ea re firmatur, quod in medicorum quoque libris formas Ionicas praevalere videmus. formarum catalogum attulisse satis esse videtur: Aretaeus: *μέζων* extat p. 13. 27. 29. 30. 35. 37. 38. 41. 50. 51. 85. 176. 260. 293. *μείζων* pg. 22. 23. 101. 103. 170. 248. varia est codicum lectio his locis: 44 *μείζονες G μέζονες H μείζους VA*. 49 *μείζονι* in textu, *μέζονι GHV μέζον A*. 59 *μέσον G μέζον HA*. — Hippocratis *ΠΚ*. 218 *μέζον*. *ΕΙ*. 8 *μέζους DGHIK μείζους* vulg. *ΠΛΟ*. 44 *μέζον* Lit. *μεῖζον* Gal. in text. 2253. 2276. 36. 2145. Vassaeus. id. 58. 46 *μέζω* vulg., *μεῖζον* cod. vet. Par. et Marc. 269. alii. *ΠΤΚ*. 4. *μεζόνων MN μειζ-* vulg. 16 *μέζον MN μειζ-* vulg. — contra vulgaris forma: *ΕΙ*. 7 *μείζω*. *Ε* III p. 210. 226. 231 bis *μείζους*. *ΠΑ*. 13 *μεῖζον*. 19 *μείζονα*. *ΠΤΚ*. 24. 30 *μεῖζον*. — *κρέσσων*: Aretaeus p. 106. 107. 132. 145. 162. 164. 173. 176. 195. 205. 210. 213. 216. 225. 232. 235. 236. 237. 252. 275 bis 281. 300. 307. 311. 320. 324. 342. 346. vulgaris forma uno loco p. 346 *κρείσσονες* legitur. Hippocrates *ΠΚ*. 495 *κρέσσον*. *ΠΛΟ*. 28 *κρέσσον*. 39 *κρέσσον* Lit. *κρεῖσσον* 2276.

3. in singulis in *ειος* terminantibus vocabulis *ει* vulgari Ionicum *ε* respondet, veluti apud Herodotum *ἐπιτήδεος* et *ὑπωρέα* legitur cf. Dindorf VIII. huius mutationis pauca exempla in libris nostris extant. in Arr. Ind. cp. 8 *μουνογενέην*, cuius adiectivi Attica forma est *μουνογένειος*. in Hippocr. epistulis XVII 29 *ἀδελφεῶν* XXVII 20 *ἀδελφεοῦ*. ib. 34 *ἀδελφεόν*. ib. 35 *ἀδελφεήν*. cf. Curt. Grundzüge[4] 479. — fortasse huc quoque pertinet genetivus *Ἑρμέω* de Syr. 38, de astrol. 20, Euseb. Mynd. frg. 63; hanc enim formam ita ortam esse puto: *Ἑρμείεω*, *Ἑρμέεω*, *Ἑρμέω*. sed postea de ea accuratius mihi disputandum erit.

4. in fragmento Eusebii Myndii 25 *ἀπόδεξις*, ut videtur, e codicum consensu servatum est. in frg. 31 contra *ἀναδειξάμενοι*

praebent. Renner Stud. I, 177: »Sol. 10,1 Theogn. 500 δείξω et ἔδειξε, soli enim recentiores Iones δέξω et ἔδεξα dicebant«. eundem usum apud Herodotum quoque valere videmus cf. Dindorf VIII. Curtius Verb. I, 159.

εἰς: restat, ut hoc loco pauca de praepositionis εἰς forma dicam. forma vulgaris εἰς productione, quae dicitur, suppletoria ex ἔνι-ς ἐνς orta est. cf. Curtius Grundzüge[4] 309. brevior contra forma ἐς ita orta esse videtur, ut in ἐνς vocabulo ν consona ante sequentem consonam evanuerit, postea quoque haec brevior forma ἐς ante sequentem vocalem adhibita sit. cf. Brugmann in »Mueller Handbuch II, 55«. G. Meyer gr. Gr. 32. 262. — de usu iambographorum et elegiacorum cf. Renner Stud. I, 174. 175. de titulorum Ionicorum usu cf. Erman l. l. 283. Herodotus semper breviorem formam praepositionis usurpat, cf. Dindorf l. l. XXXVI.

in nostris quoque libris eam praevalere videmus. in libro enim de astrol. bis forma vulgaris εἰς e codicum consensu extat, ἐς contra vicies quater. in libro de Syria dea uno excepto εἰς, quod in cp. 4 *E* praebet, *A* solus duodecies hanc formam exhibet, ceteri omnes codices centies tricies quater ἐς praebent. in Arriani libro ducenties quadragies quater praepositio nobis occurrit, quo in numero ducenties tricies bis forma Ionica legitur, novies codices de adhibenda forma εἰς consentiunt. ceteris tribus locis varia est lectio: ἐς ed. Trinc. Vulc., εἰς ceteri.—ἐς *VM* εἰς ceteri.—ἐς Vind. 89 *A*. εἰς *M*. in Eusebii fragmentis ter forma Ionica ἐς extat 342, 3. 343, 2. 344, 9. in Eusebii Myndii fragmentis bis in codicibus vulgaris forma εἰς scripta esse videtur, decies sexies contra Ionica. in Abydeni frg. 9 bis εἰς et εἰσβολάς.—in omnibus igitur his libris longe formam Ionicam praepositionis ἐς praevalere videmus et tam exiguus numerus locorum, in quibus εἰς positum est, certe neglegentiae librariorum tribuendus est, praesertim cum et epistolographorum et medicorum in libris eundem usum valere videamus. in ep. Pythagor. semel εἰς, in ep. Thaletis octies ἐς, ep. Pherecyd. bis ἐς. ep. Heracliti semel εἰς. in Hippocr. epistulis sexagies sexies, ut videtur, e codicum consensu — toties enim extat ἐς in textu ed. Erm. et nihil adnotatum est — Ionica forma praepositionis invenitur, Attica contra εἰς decies sexies. septies dissentiunt inter se libri de adhibenda forma: ep. II ἐς tres mss. εἰς vulg. XVII 44 ἐς solus *J*. ceteri om. XVIII 2 ἐς *CDb*. εἰς vulg. ep. XX 3 εἰςαγαγόντας in *CH*. ep. XXII 4

ἐς in *H* εἰς vulg. ep. XXVII 16 ἐς *J* εἰς cett. ib. 41 ἐς *C* εἰς cett. in medicorum libris totiens extat forma Ionica ἐς, ut omnes locos affere longum sit.

Caput III.

de productis vocalibus earumque mutationibus.

§ 9. de α in η mutato.

maxime dialecti Ionicae proprium et id, quod eam ab omnibus aliis dialectis distinguit, est illa α producti in η mutatio. qua de causa necessarium est quaerere, num haec dialecti lex valeat in libris nostris. in hac quaestione α, quod in syllabis stirpium, ab eo, quod in terminationibus extat, seiungendum est.

I. α in syllabis stirpium in η mutatum invenimus: **Εὐφρήτης, ἠέλιος:** de Syr. 29, de astr. 3 ἠελίου. 5 bis 12 ter 17 quater 22. in Arr. Ind. 11 bis ἥλιος. Herodotus nullam aliam formam nisi vulgarem ἥλιος exhibet. tamen epicam illam ἠέλιος in Luciani libris servandam esse puto, cum saepius ille auctor formas epicas in dialectum Ionicam intulerit. cf. § 7 p. 14 s. v. εἶαρ.—ἠήρ, ἠέριος, ζημίη, ἰητρός, νεηνίης, νηός, πρῆγμα, πρηΰς, ῥηΐδιος, ῥηχίη, σφρηγίς, τρηχύς. praeterea ᾱ in η mutatum invenimus in vocabulis τριήκοντα, διηκόσιοι, τριηκόσιοι. in his omnibus vocabulis apud Herodotum quoque ᾱ in η mutatum esse videmus.

II. ᾱ in η mutatur in terminationibus stirpium, quae primam, quae dicitur, declinationem sequuntur.

a. in genetivo et dativo sing. horum substantivorum et adiectivorum α, cum ubique productum sit, in η mutari necesse est. in Attica dialecto ᾱ servatur praecedentibus vocalibus et ρ, in Ionica nihil ad id tuendum valent. tamen in codicibus saepe nobis ᾱ talibus locis servatum occurrit.

b. in nominativo et accusativo α breve est in nonnullis vocabulis. in genetivo et dativo contra α productum in η mutatur, unde facillime haec mutatio in nom. et acc. sg. irrepsit, ut α breve in η transiret et falsae formae existerent.

1. in femininis stirpium in εᾰ exeuntium. de Syr. dea 14 ἡμισέη. 15. 51 θηλέην. Arr. Ind. 16 πλατείην libri. 23. 37 τρα-

χείη libri. 27 *βαθέην* libri. 32 *τρηχείη* libri. *τραχείη* *L.* 33. 35 *βαθείην* libri. Eusebii frg. 344, 9 *ἰθείη*. Euseb. Mynd. 63 *ἰθέη*, *εὑρέη*.

2. in nonnullis femininis, veluti *μοῖρα*, *μία*. *μοῖρα*: de astrol. 10 *μοίρην*. Euseb. frg. 345, 15 *μοίρη*. *μία*: Syr. 19 *οὐδεμίην*. de astr. 27. 29.

c. substantiva in *εια* cf. G. Meyer gr. Gr. 52. Bezzenb. Beitr. I, 88. in dialecto Attica invenimus formas veluti *ἀλήθεια*, *αὐθάδεια* iuxta formas veluti *πολιτεία*, *ἀνδρεία*. in illis *α* breve, in his productum est. productum *α* vetustiorem nobis linguae statum exhibere manifestum est. Dindorfius l. l. XI contra formas veluti *ἀληθείη* librariorum imperitiae tribuit, qui genetivi et dativi casuum forma decepti litteram *α* etiam in nominativo et accusativo non raro in *η* mutaverint.

sed in nostris quoque libris Ionicas illas formas extare videmus, quarum catalogus hic est: de Syr. dea 18 *φρενοβλαβείη*. Euseb. 345,3 *ὠφελείη*. cf. *ὠφελία* in titulo vetustiore Attico no. 85,3 Kirchhoff. G. Meyer Bezz. Beitr. I, 88, qua in forma ex *ει* ortum est. Euseb. Mynd. 1 *φιλομαθείην*. 19. 21 *ἀληθείην*. 26 *ὑγιείην*. epistul. Hippocr. XVII 2 *ὑγιείην* vulg., *ὑγίειαν* cod. *χ*. 57 *ἀληθείην* nonnulli codices. haec duo exempla in apparatu critico editionis Ermerinsianae invenio, contra in textu Hercheriano lego: XIII 2 *ξυμπαθείη*. XVII 53 *ἡδυπαθείην*. XXVII 42 *κακοπαθείη*. XV 6. 7 *ἀληθείη*. XVII 10. 14 *ἀληθείην*. XVII 12 *εὐγενείη*. XXVI 3 *ξυγγενείην*. XXVII 28 *ἀνδρογενείην*. X *ὑγιείην*. XXVII 33 *εὐλαβείην*. XXVII 55 *ἐπιμελείην*. sed cum Hercher praef. XLII dicat se permultas formas tacite invexisse Ionicas, quarum certa quaedam in codicibus indicia et vestigia relicta essent, in codicibus illas legitimas formas servatas esse accipio. — in medicorum quoque libris vetustiores illae formae extare videntur: Aret. 153 *ξυμπαθείη*. 238 *ὠφελείη*. 150 *ἀδρανείη*. contra vulgaris forma his locis invenitur: 147 *ξυνάφεια*. 334 *ξυνόφειαν*. 321 *ἀσθένεια*. Hippocr. *ΠΔΟ*. 51 *ὠφελείην*. contra *ΠΚ*. 170 *ἀκράτεια*. *ΕΙ*. 7 *ὠφελείην* Lit., *ὠφελίην* *AC* *ὠφέλειαν* *DR'*, Gal. in text. 11 *ἀσφαλίην* Lit., *ἀσφάλειαν* *ADR'* Chart. Gal. in text. et in cit. *ΠΔΟ*. 9 *ἀσφαλείην* Lit., *ἀσφάλειαν* 2146. Gal. in cit. ibid. gloss. 2144. *ΠΤΚ*. 19 *ἀσφαλείην* Lit., *ἀσφάλειαν* *BMN*. *ΠΑ*. 7 *ὑγιείην* Lit. nihil adnotatum est. id. *ΠΔΟ*. 9 *ὑγείην* Lit., *ὑγίην* 2165. Gal. in text. Vassaeus. Imp. Samb. ap. Mack. 2276. *ὑγίειαν* Gal. in cit.

ibid. 28 *ὑγείην* Lit., *ὑγιείην* 2254. 2253. *ὑγίην* 2276. *ΠΑ*. 21 *ἀμέλειαν*. *ΠΤΚ*. 36 *ἀσθενείην* Lit. *B*, *ἀσθενίην* *MN* *ἀσθένειαν* vulg. —

III. a. ad tempora formanda *α* stirpis verborum in *αω* exeuntium et in Attica et in Ionica dialecto in *η* producitur. praecedentibus autem vocalibus *α ε ι* et consona *ρ* in illa *α* servatur, in hac mutatur. ubique in nostris libris hanc mutationem factam esse videmus.

b. *α* longum contractione ex *αε*, *αει* ortum nunquam in *η* mutatur, qua re falsissimae illae formae, veluti *ὁρῇ*=*ὁρᾷ* auferendae sunt. cf. § 22.

IV. *α* in *η* mutatur in substantivis in *αξ* terminantibus. Arr. Ind. 16 *θώρηξ*.

V. *α* in *η* mutatur in substantivis in *αν* terminantibus. Arr. Ind. 5 *Τιτῆνος*.

VI. in adverbiis in *αν* terminantibus *α* in *η* mutatur, velut Arr. Ind. 3 *πέρην*.

§ 10. de *α* pro *η* Attico posito.

in Arriani libro unum huius mutationis exemplum extat: *μεσαμβρίη*, att. *μεσημβρία*. decies hoc vocabulum legitur, de cuius lectione codices minime sibi constare videntur. Atticam enim formam in cpp. 2. 25 ter 32. 43 exhibent, mutatam in cpp. 3. 25. 39 bis. Herodotus formam *μεσαμβρίη* usurpat, cf. Dindorf l. l. XXXIV. Bredow l. l. 135.

Caput IV.

de diphthongis.

§ 11. de *ει* in *ηι* mutato.

Dindorfius in commentationis p. IX de diaeresi diphthongi *ει* in *ηι*, quam dicit, haec fere exponit: diaeresis diphthongi *ει* duplex est, nam aut utraque vocalis servatur non mutata, aut *ε* producto *ηϊ* scribitur, quod fit in substantivis paroxytonis in *εία*, properispomenis in *εῖον* et adiectivis in *εῖος*, *εία*, *εῖον*. nomina proparoxytona in *εια*, *ειον*, *ειος* diphthongi mutationem non admittunt ex-

ceptis ἀρήϊος, βασιλήϊος, Ποσιδήϊον et paucis aliis, quorum partim incerta auctoritas est. manifesta vero librariorum peccata sunt, quae passim in codice uno alteroque leguntur, ἀληθηίη, ἀτρεκηίη, ἰρηίη alia«. sed iam priore capite exposui formas paroxytonas velut ἀληθείᾳ vetustiores esse quam proparoxytonas velut ἀλήθεια et has Atticae dialecti proprias esse. si res ita est, ubique in illis vocabulis ἀληθεία, ἀτρεκεία secundum legem Dindorfii εια in ηιη mutandum est. sed ut de hac re ad finem perveniamus, ad originem horum substantivorum et adiectivorum respiciendum erit. Curtius Stud. II, 187 de his formis in ηιος ηιη egit. cum illa vocabula suffixis ιος, ια, ιον formata sint, vocali vel potius semivocali ι vim tribuit praecedentis ε in η mutandi, cum dicat: ich glaube nach alledem können wir nicht zweifeln, dass das griechische ι, wo es zwischen zwei Vocalen steht, vielfach wie das lateinische Jod die Kraft gehabt hat, den vorhergehenden Vocal zu verlängern, diese Neigung machte sich offenbar schon früh, das heisst, zu einer Zeit geltend, da das Jod an dieser Stelle noch keineswegs so entschieden vocalisch war wie in späterer Zeit, sondern eher eine irrationale zwischen Vocal und Consonant schwankende Natur hatte«. — de usu Herodoteo cf. Bredow l. l. 177 sqq. Fritsch Hamburg 1888 zum Vocalismus des herodotischen Dialects. pg. 9 sqq.

videamus igitur nostros libros et exempla, quae in eis extant, afferamus.

a stirpibus in σ exeuntibus adiectis suffixis ια, ιος, ιον haec substantiva derivata sunt:

ἀδρανείη: Aret. 150. 261 ἀδρανείῃ.

ἀκριβείη: Hipp. ep. XVII 3 ἀκριβείης.

ἀληθείη: de astrol. 1 ἀληθείης 15 ἀληθηΐης. Euseb. Mynd. 19. 21 ἀληθείην. Hipp. epp. X XII 4 XVII 29 ἀληθείης. XV 2. 7 ἀλήθεια (E). XVII 2. 14 ἀλήθειαν (E). XVII 57 ἀληθείην nonnulli codices, ἀλήθειαν (E).

ἀναιδείη: Hipp. epist. XVII 42 ἀναιδείῃ.

ἀσελγείη: Hipp. epp. XVII 30. 44 ἀσελγείης.

ἀσθενείη: Aret. 321 ἀσθένεια. ΠΑ. 29 ἀσθενείης. ΠΔΟ. 43 ΠΤΚ. 16 ἀσθένειαν.

ἀσφαλείη: ΕΙ. 11 ἀσφάλειαν. ΠΔΟ. 9. ΠΤΚ. 19 ἀσφάλεια. Π. 22 ἀσφάλειαν.

ἀτρεκείη: Hipp. epp. XVI 8 XVII 56 ἀτρεκείης. XVII 40 ἀτρεκείῃ. ep. Pherecyd. ἀτρεκηίη (H).

αὐταρκείη: Hipp. ep. XVII 37. 44 αὐταρκείης vulg. (E).

ξυναφείη: Aret. 147 ξυνάφεια. 324 ξυνάφειαν.

φρενοβλαβείη: de Syr. 18 φρενοβλαβείη, φρενοβλαβία E

—γενείη: Hipp. epp. XVII 12 εὐγένεια (E) XVII 42 ξυγγενείης. XXVI 3 ξυγγένειαν. XXVII 28 ἀνδρογένειαν.

εὐλαβείη: Hipp. epp. XXVII 33 εὐλάβειαν. XII 4 XVI 10 εὐλαβείης.

Ἡρακλεῖος: Arr. Ind. 43 ἡρακλείους L ἡρακλείας ceteri libri. Aret. 187 Ἡράκλειος. E I. 21 aeg. VI Ἡρακλεῖον. E III. 225 Ἡρακλείου.

—κρατείη: ΠΚ. 170 ἀκράτεια (E). Euseb. Mynd. frg. 26 ἐγκράτεια.

—μαθείη: Euseb. Mynd. frg. 1 φιλομαθείην.

—μελείη: Hipp. epp. XXVII 55 ἐπιμέλειαν (E). XVII 57 ἐπιμελείης.

νωθείη: Aret. 208 νωθείης.

—παθείη: Hipp. ep. XIII 1 ξυμπάθεια (E). Aret. 153 ξυμπαθείῃ. 145. 152 συμπαθείῃ. Hipp. ep. XVII 53 ἡδυπάθειαν. (E). XXVII 42 κακοπάθεια.

— πληθείη: ΠΑ. 22 πολυπληθείης.

προσηνείη: Aret. 250 προσηνείης. ΠΛΟ. 21 προσηνείης.

ὑγιείη: Aret. 12 ὑγιείῃ. Hipp. epp. II XXVI E I. 11. ΠΑ. 2. 9 ὑγιείης.—ὑγίειαν. Hipp. ep. X. ΠΑ. 7. ΠΛΟ. 9. 28.— ὑγιείην Euseb. Mynd. 26.—ὑγιείην. Aret. 95. 120. varia est lectio Hipp. ep. XVII 2 ὑγιείην vulg., ὑγίειαν cod. χ. (E).

ὠφελείη: ὠφελείη Euseb. 345, 4. Hipp. O. Hipp. ep. XVII 48. — ὠφελείης Hipp. ep. XVII 25. — ὠφελείῃ. Hipp. O. —

ex hoc formarum catalogo intellegimus in his substantivis a stirpibus in σ exeuntibus derivatis σ eiecto ε ante sequentem semivocalem ι nunquam in η productum esse. quocum tituli consentiunt. in titulo enim Cyziceno Röhl I. G. A. 491 b forma extat ἀτεδείην; qui titulus, cum de alio vetustiore descriptus sit, illata a recentiore lapicida vitiosa plura continet, quorum est ἀτεδείην, quod in ἀτελείην mutandum est.—excipiendum esse videtur vocabulum ἀγγεῖον, quod sine dubio ab ἄγγος derivatum est: ἀγγήιον de Syr. 20 bis. 48 ib. 48 ἀγγεῖα in A. — ἀγγεῖον Hipp. ep. XVII 4. Aret. 4.

5. 28. 29. 32 ter. 33. 36. 45. 157. 251. 277. 281. — *ΠΑ* 11. 12. *ΠΑΟ*. 21. — κενεαγγείη: Aret. 332. *ΠΚ*. 602. *ΠΑΟ*. 35. 42 ter. 43. 44 bis. 47 bis. 49. 61. — Herodotus semper ἀγγήϊον usurpat. II. 121. 4. IV. 2. — I. 188 in codicibus ἀγγείοισι cf. Bredow l. l. 182. —

contra ειος, εια, ειον in ηιος, ηιη, ηιον mutatum est ab Ionibus in substantivis, quae derivata sunt et a substantivis in ευ terminantibus et a verbis in ευω exeuntibus:

θεραπεύω: θεραπηίη. de Syr. 31 θεραπείη. Hipp. epp. XIII 2 XV 4 θεραπείης (E) ib. 7 θεραπηίης sec. m. in *Hb*, θεραπείης (E). XVI 7 θεραπηιῶν *H* al. m. *b*, θεραπειῶν (E). XVII 20. 23 θεραπηίην *b* pr. ma., θεραπείην (E). 22. 57 XXVII 33 θεραπείην (E). XXII 3 θεραπείη (E). — Aret. 185. 305. 314 θεραπείη. 200. 208. 209. 216 θεραπείᾳ. 214. 290. 335 θεραπείην. *ΠΚ*. 460 *ΠΑ*. 2 *E* III. 3 *O*. θεραπείη — *O*. θεραπηίης *EF* al. ma. *H*, θεραπείης vulg. — *Π*. 1. θεραπείην. —

μοιχεύω: μοιχηίη. de astrol. 22 μοιχείην. Hipp. ep. XVII 48 μοιχείῃσιν. —

μαντεύω: μαντηίη, μαντήϊος. de Syr. 36 μαντηίην. de astrol. 1 μαντείης. 23 μαντηίῃσι *E*. Hipp. ep. XXVII 22 μαντείην. ib. προμαντείη. — de Syr. 36 μαντήϊα ib. μαντηίου idem de astr. 7. — de astr. 8. 23. 24 μαντήϊον. 23 μαντήια.

δυναστεύω: δυναστηίη. de astrol. 4. 25 δυναστείην.

γοητεύω: γοητηίη. de astrol. 10 γοητείην.

προφητεύω: προφητηίη. de astrol. 23 προφητείην.

πολιτεύω: πολιτηίη. de astrol. 25 πολιτείην. Hipp. epp. XVII 32 πολιτηίης pr. m. in *b*. — πολιτείης (E). XXVII 28 πολιτείη (E). —

φαρμακεύω: φαρμακηίη. Hippocr. epp. XVI 6. 10. XX 3 bis. φαρμακείης. *ΠΚ*. 251 φαρμακείην. 304 φαρμακείη. 565 φαρμακειῶν. 608. 639 φαρμακείῃσιν. *ΠΑΟ*. 10 φαρμακείην. *Π*. 25 φαρμακείας.

πρεσβεύω: πρεσβηίη. Hipp. epp. XVII 22. 58 πρεσβείης. 14. 23 πρεσβείην. 51 πρεσβείῃσι.

ἑρμηνεύς: ἑρμηνεύω: ἑρμηνηίη. — Hipp. ep. I ἑρμηνείην.

βασιλεύς: βασιλεύω: βασιλήιος, βασιληίη. — de Syr. 25 βασιλήϊοι, βασιλεῖοι *A*. Arr. Ind. 39 βασιλήια, βασίλεια

libri. — de Syr. 18 de astrol. 12 βασιληίη. de Syr. 18 Arr. Ind. 3. 8 ter βασιληίην. — Hipp. ep. XVII 84 βασιληίη pr. m. in *b*, βασιλείη (E). 41 βασιληίης pr. m. in *b*, βασιλείης (E). —

Ἄρευς: ἀρήιος. Arr. Ind. 7 ἀρηίοισι. 11. 12 ἀρήια. Eusebius 343 ἀρήιος. —

παιδεύω: παιδηίη. παιδήϊος. Hipp. epp. X XIII 2 παιδείης. ib. XII 2 παιδείην (E). — Aret. 148 ter παιδείην. — Eusebius 343 παιδηίοις. —

ἱερεύς: ἱρήιος. de Syr. 42. 58 ἱρήια. 57 ἱρήιον Arr. Ind. 18 ἱερήια. in nostris igitur libris nullam aliam huius adiectivi formam invenimus nisi ἱρήιος. Bredovius de dial. herod. 185 unum excipiendum esse apud Herodotum contendit vocabulum ἡ ἱρείη, quod his locis extat: I 175 ἱρείη in textu ed. Stein. ἱερείη in *L*. II 54 ἱερείας *ABC* ἱρηίας *PR*[1]) *dz*. II 55 ἱερείαι *ABC* ἱρήϊαι *PRdz*. V 72 ἱρείη in textu ed. Stein. VIII 104 ἱρείη *ABC* ἱρέη *R*. contra ἱρήιος I 132 II 39 IV 60 bis 61 quater 62 V 8 VI 57 — ex hoc formarum catalogo colligi nondum posse puto Herodotum non alia forma usum esse nisi ἱρείη. nam ut codices *ABC* inter se consentiunt, ita dissentiunt a codice *R*. in archetypo igitur fuisse hanc formam non demonstratur. quamquam concedo hac solum ratione me nondum moveri, ut ita iudicem, tamen, cum accedat et analogia ceterorum ab eiusmodi stirpibus derivatorum et quod in nostris libris et Herodoteis non extat forma nisi ἱρήιος, in Herodoti quoque libris ἱρηίη scribendum esse puto. —

a stirpibus in ο et α exeuntibus derivata vocabula ειος in ηιος mutant haec:

οἶκος: οἰκήιος. de Syr. 20 οἰκηίοισιν 22. 54. 57 οἰκήια. de astrol. 6 οἰκεῖα, οἰκία *E*. de Syr. 53 οἰκηίων. — Arr. Ind. 9 οἰκείης. 20 οἰκηίης. — Hipp. ep. XXVI 2 οἰκεῖοι (E). XXVII 2 οἰκείη. — Euseb. Mynd. 1 οἰκείης. 1. 63 οἰκείη. 53 οἰκείοις codd. 23. 43 οἰκήιον. — Aret. 7. 39. 146 οἰκεῖον. 58. 150. 173. 179. 197. 315. 342 οἰκείου. 97. 116 οἰκείη. 235 οἰκειοτέρη.

ἄνθρωπος: ἀνθρωπήϊος. de astrol. 27 ἀνθρωπηΐων.

ψυχή: ψυχήϊος. vit. auct. 6 ψυχήϊον. —

a stirpibus in consonantes exeuntibus derivata sunt haec vocabula:

---

[1]) codex Vindobonensis V et codex S collegii Emanuelis apud Cantabrigienses consentiunt cum R omnibus locis: II 54. 55 VIII 104. —

ἀνδρ-: ἀνδρηίη, ἀνδρήϊος de Syr. 27 bis *ἀνδρηίην*, in *A* *ἀνδρείην*. de Syr. 26 *ἀνανδρηίη*, in *A* *ἀνδρείη*. Euseb. Mynd. frg. 56 *ἀνδρηίη*. — Hipp. epp. XIII 3 *ἀνδρείην* vulg., *ἀνδρίην* in *J.* (E). XVII 30 *ἀνδρείην* vulg., *ἀνδρίην* codd. 4. *ΠΑ*. 23 *ἀνδρείης*. ib. *ἀνανδρείης*. 29 *ἀνανδρείην*. — de Syr. 15 *ἀνδρηίου*. vit. auct. 6 *ἀνδρείοισι* ut videtur, in libris. *ΠΑ*. 19. 32 bis *ἀνδρεῖον*. 23 bis *ἀνδρεῖα*. 31 *ἀνδρεῖαι*.

γυναικ-: γυναικήιος. de Syr. 15 *γυναικηίην*. 27 *γυναικηίην*, *γυναικείην* *A*. ib. *γυναικήια*, *γυναικεῖα* *A*. 51 *γυναικήιον*. Arr. Ind. 8 *γυναικήιον* libri. — Euseb. Mynd. 54 *γυναικείως* codd. — Aret. 60. 62. 285 *γυναικήιον*.. 61 *γυνναικήια*. — 209. 287 *γυναικείοισι*. — *ΠΚ*. 167. 324. 513. 518. 522. 527. 531. 541. 542. 546. 548. 549. 552. 555 *γυναικεῖος*. *ΕΙ*. 16 bis. 19 aeg. IV. V. XIV *γυναικεῖος*. *E*. III. 228. 233 bis *γυναικεῖος*. *ΠΑ*. 29 bis *γυναικεῖος*. O. *γυναικείων*, *γυναικίων* *R*.

Αἰθιοπ-: Αἰθιοπήιος. Arr. Ind. 6 *Αἰθιοπείῳ* *A*, *αἰθιοπίῳ* ceteri libri.

θηρ-: θηρήιος. Arr. Ind. 17. 24 *θήρεια*.

σημ-: σημήϊον. de Syr. 15. 17. 49 *σημήια* 33 *σημήιον*. *σημεῖον* *A*. 36 *σημηίου*, *σημείου* *A*. de astrol. 4 *σημήια*. 7 *σημήϊον*. — Arr. Ind. 28 *σημήϊον*. 41 *σημεῖα* libri. — Hipp. ep. XIV 3 *σημεῖον* (E). Aret. 28. 34. 39. 52. 63. 100. 107. 126. *σημεῖα*. 277 *σημείοισι*. contra: 97. 103. 111. 128. 136. 143. 152. 158. 164. 185. 258 ter. *σημήια*. *ΠΚ*. 17. 48. 108. 146. 160 bis. 189 bis. 200. 230. 232. 244. 274. 276. 279. 312. 322. 393. 402. 476. 497. 535. 645 *σημεῖα*. *ΕΙ*. 8. 10. 19 ter. 25 *σημείου*. *ΠΑ*. 14. *σημεῖα*. *ΠΑΟ*. 6. 49 bis. 68 *σημεῖον*. 35 *σημεῖον* Gal. in text. 2253. 2165 mutatum alia manu in *σημήϊον*. Vassaeus. 2276. *σημεΐϊον* (sic) 36.—44. *ὁμύϊα* (sic) 2143. *σημεῖα* 2253. 2148. 2276. 2141. *σημείια* (sic) 36. *ΠΤΚ*. 15. *σημήια* *MN* *σημεῖα* vulg. 28. ter *σημείων*. *Π*. 2. 3 bis. 17 bis. 19. 22 bis. 30. 31. 33. 35 ter. 37 bis. 38 bis. 39. 40 bis. 41. 46. 47 quater *σημεῖον*.

μνημ-: μνημήϊον. Arr. Ind. 10. *μνημήια*.

ex hoc catalogo maximam differentiam esse inter nostros libros et medicos videmus. in his enim non leguntur formae nisi vulgares in *εῖος*, *είη* exceptis vocabulis *σημήιον* et *γυναικήιος*. contra nostri libri in universum cum usu Herodoteo consentiunt. quamquam librarii nonnullis locis ad vulgares per *ειος*, *ειη* formas falso aberraverunt, tamen legitimas formas ita praevalere videmus, ut hac quoque in re nostros libros ab Herodoto pendere satis dilucide demonstretur. —

non mutatur *ει* in *ηι* in adiectivo *θεῖος*: de Syr. 8 *θείη*. praeterea diphthongus *ει* immutata relinquitur in vocabulo *προάστειον*. de Syr. 52 *προάστεια*. de Herodoti usu cf. Bredow l. l. 183.

§ 12. de *αυ* Attico in *ω* mutato.

in tribus vocabulis *θαῦμα* cum derivatis, *τραῦμα* et *καῦμα* Atticae *αυ* respondet in dialecto Ionica diphthongus *ωυ* vel, ut alii scribunt, *ω*. cf. G. Meyer gr. Gr. 116.

θωῦμα: de Syr. dea 7. 8. 10. 30 *θωῦμα*. 13 *θωυμάσαι*. 32 *θωυμαστόν*. 36 *θωυμάζειν*. — vit. auct. 6 *θωυμαστή* *AC*. — de astrol. 3 *θωυμαστός*. — Arr. Ind. 15 *θαῦμα* libri. contra 34. 40 *θῶμα*. — Euseb. Mynd. frg. 7 *τεθωυμάκασι*. — Euseb. p. 343. 8 *θώμαιι*. — in Hippocr. epistulis quater vocabula a *θαῦμα* derivata extant. ep. XI *ἐθωύμασα*. *ἐθαύμασε* mss. plurimi, unus *b* prior. man. *ἐθώμασα*. uno loco ep. XVII 26 *θαυμάζουσι* ab Ermerinsio ex auctoritate codicum scriptum esse videtur. duobus aliis locis forma Ionica ab eo restituta est. ep. XVI 3 *ἐθαύμασα* praebent mss. tredecim, ep. XVII 57 in *b* solo forma mutata *θωυμαστοῦ* legitur.

τρῶμα: de Syr. 20 *τρῶμα* in *E*, *τρωῦμα* ceteri. Arr. Ind. 19 *τρῶμα*.

iam de ea re agitur, utrum ut in Luciani codicibus *ωυ* diphthongus an ut in Arriani Eusebiique codicibus *ω* scribendum sit. cum in titulis nullum exemplum huius mutationis extet, videamus quomodo in libris Herodoti res sit. Dindorfius l. l. VIII. XXXVIII Herodoto *θῶμα* et *τρῶμα* tribuit. contra Bredowius et Steinius *θωῦμα* scribunt, de scribendo *τρῶμα* cum Dindorfio consentiunt. sed videamus codices:

θῶμα: *P* codice excepto his locis in omnibus codicibus extat: IV 111. 199 VI 117. 121. 123 VII 99. 128. 135. 187. 218 VIII 74 IX 37. 65 — in *ABRb* VIII 135. in *ABCd* V 7. 92. in *ABCb* VIII 135 IX 58. in *ABC* VIII 37. in *ABd* II 148. 155. in *CRd* VI 43 IV 129 bis. in *PC* I 23. in *bd* I 68 bis. in *B* I 194. in *C* I 93. in *d* II 149 III 23.

θωμάζω: in omnibus *P* excepto his locis: VI 125 VII

204 IX 11. 53. in *ABRd* III 80 148 IV 42. 53. 82 V 13. in *ABCd* V 6. 13. 92 VI 1 VIII 37. in *ABCð* VIII 8. 65 IX 120. in *ABCr* V 49. in *ABR* IV 30. in *ABd* III 19. 22. in *A'C'* I 11. in *CR* VII 208. in *Rd* IV 9. in *bd* I 68 bis. in *C* I 88. 155. in *R* II 121, 2. IV 28. in *d* III 3. 14. 82. 146 — I 30 *ἀποθωυμάσας* *bd*, *ἀποθωυμάσας* *P* *ἀποθωμάσας* *C*.

θωμαστός: in *ABCð* IX 122 bis. in *ABd* II 156.

θωμάσιος: in *A'B* II 35.. in *AB* II 21. in *RC* VII 239. in *Rd* IV 82. 84. in *R*, VI 47. in *d* III 112.

satis hoc formarum catalogo mihi demonstrari videtur ubique *ω* ponendum esse. haec sententia ea re firmatur, quod codices libri Arrianei et fragmentorum Eusebii de hac scriptura consentiunt. sine dubio vocalis *α* diphthongi *αυ* ut *ō* tam aperte pronuntiata est, ut altera pars diphthongi *ω* omnino evanesceret. scriptura autem *ωυ* mihi fluxisse videtur e vocabulis *ἑωυτός*, *σεωυτός*, *τωὐτόν*, aliis, in quibus diphthongus crasi orta suo iure posita est.

similis est mutatio diphthongi *ου* in *ω* in particula *ὦν*. cf. Dindorf l. l. XLIV. Bredow 167. 168. cum Herodoti usu, cuius in libris *ὦν* legitur, libri Luciani et Arriani optime consentiunt. in eis enim forma Ionica ita valet, ut paucae quae extant vulgares formae sine dubio librariorum neglegentiae tribuendae et corrigendae sint. — in epistula Pherecyd. *ὦν* legitur, contra in epistulis Hippocratis forma nisi vulgaris non invenitur. quibuscum libri Hippocratis et fragmenta Eusebii Myndii consentiunt. mira dissensio in Aretaei libris extat. in priore enim parte, quae fere libros I. II. III. IV continet, *οὖν* ita praevalet, ut *ὦν* semel, *οὖν* tricies legatur, in altera contra parte contraria ratione *ὦν* ita praevalet, ut unum solum exemplum vulgaris formae p. 281 inveniatur. simile aliquid infra cognoscemus.

Caput V.

de vocalium concursu.

usque ad haec fere tempora plurimis viris doctis satis constare videbatur dialectum Ionicam maxime abhorruisse a contractione concurrentium vocalium. quam sententiam, utpote falsam, quamquam Er-

manus in dissertatione de Ionicorum titulorum dialecto aliique, ut refutarent et corrigerent, studuerunt, tamen, cum aut ex titulis solis velut Ermanus aut ex uno scriptore velut Merzdorfius exempla sumerent, ut non tantum effecerunt, quantum voluerunt, ita fabulam esse illam sententiam demonstraverunt Ionicamque dialectum una excepta vocalium coniunctione *εε*, *εει* nihil ab Aeolicis et Doricis, quae dicuntur, dialectis in vocalibus concurrentibus contrahendis differre. iam Ermanus titulorum auctoritate nisus ubique in libris *εε* et *εει* in *ει* contrahenda esse putavit. ut sententiam eius probo, ita in libris quoque contractionis vestigia, quae non librariis tribuenda sunt, inveniri neque tantam dissensionem inter titulos et libros extare, sed optime eos inter se coniungi posse contendo. qua re mihi propositum sit quaerere, utrum certa aliqua lex de contractione vocalium concurrentium *εε* et *εει* valeat an semper hae vocalium coniunctiones solutae maneant. —

§ 13. *εε*. *εει*.

tituli: Ac primum quidem videamus, quomodo in titulis res se habeat. contractionis exempla invenio haec: Röhl: I. G. A. 374 *ἐποίει*. 374 *αἱρείσθω*. 388 a *ἐποίει*. 390 *ἐποίει*. 395 v. 21 *ποιεῖν*. ib. 22 *ἐκχεῖν*. 485. *ἐποίειν*. 489 *ποιεῖν*. 500 v. 45 *ἐπικαλεῖν*. Erman dissert. p. 263 *ἐπεστάτει*. Bechtel no. 18, 19. *προκαλεῖσθαι*. 21 *συγχωρεῖ*. 22 *τελεῖσθω*. 44 *σκοπεῖν*. no. 57 *ἐπόει*. no. 72, 4 *ποεῖ*. 13 *κρατεῖν*. no. 204 *τελείτω* bis. *ἐπιτελεῖν*. no. 222 *ἐπόει*. no. 240, 26 *ἱκνεῖται*. 248 a. b. *ἀδικεῖν*. c. 12 *συναδικεῖν*.

priusquam autem de Herodoto quaestionem faciamus, pauca de vetustioribus philosophis et rerum scriptoribus, qui dialectum Ionicam in componendis libris adhibuerunt, dicenda sunt. sed horum fragmenta, quae nobis ab aliis scriptoribus servata sunt, veram illorum scriptorum dialectum non exhibere nemo est, qui non intellegat, praesertim cum a diversissimis auctoribus tradantur. ad hanc igitur quaestionem nihil valent nisi ei, quorum fragmenta ab uno scriptore servata sunt; et si non illorum dialectum, tamen quae horum sententia de dialecto Ionica fuerit, cognoscimus. quorum in numero sunt Anaxagoras, Diogenes Apolloniata, Melissus Samius, quorum fragmenta a Simplicio nobis tradita sunt, Protagoras Ceus, cuius unum fragmentum apud Plutarchum legitur. cf. Mullach frg. philos. Graec. I, 248 sqq. 254 sqq. 261 sqq. II, 131 sqq. — in

fragmentis Anaxagorae novies, Diogenis septies, Melissi undevicies soluta forma invenitur. in Anaxagora et Diogene nulla contracta forma extare videtur, ter contra in Melisso § 16 bis *δεῖ* § 17 *δοκεῖ*. —

iam ad Herodotum veniamus. has contractas formas invenimus:

in libro I: cp. 11 *ἐνδεῖν L*. 32 *ζητεῖς L* et Stob. 46 *ἐνπένθει Ac ἐπένθει R* [1]. 67 *δεῖ* codd. 105 *νοσεῖν Pz*. 140 *τελεῖται Rd*. 181 *περιθεῖ ABCPz*. 198 *ποιεῖ P*. 202 *κατοικεῖσθαι PRdz*. 206 *ποίει ABP*. in libro II: cp. 1 *ποιεῖσθαι R*. 15 *ἔδει L*. 18 *μαρτυρεῖ d*. 25 *ἀπωθεῖ CRd*. 28 *κατανοεῖν d*. 35 *ποιεῖν R*. 68 *κινεῖ PRdz*. 87 *δεῖ C*. 93 *κατανοεῖν PRdz*. 96 *χωρεῖ C*. 112 *Πρωτεῖ AB*. 135 *δεῖ*. 152 *ἐπενόει ABCd*. 169 *ποιεῖ Cdz, ποιοῖ ABPR*. 172 *ἐνεμεῖν d* excepto ceteri. in libro III: cp. 5 *δοκεῖ AB*. 15 *πολυπραγμονεῖν dz*. *πολυπρηγμονεῖν* reliqui. 36 *νουθετεῖν R*. 45 *ἔδει P* et reliqui *C* excepto. 46 *βοηθεῖν Rd*. 51 *ἐλιπάρει R*. 78 *ἠπόρει L*. 80 *κινεῖ L* Stob. 105 *θεῖν L*. 126 *ὠφελεῖ* codices. 146 *ἐκπλεῖ R*. in libro IV: cp. 2 *ποιεῖν A*. 14 *ἀμφισβητεῖν R*. 78 *ἔδει ABd*. 127 *συγχεῖν R*. 172 *ποιεῖν R*. in libro V: cp. 45 *προσχωρεῖν ABdr*. 67 *δεῖ* r excepto, in quo *δή*. 72 *χώρει L*. 120 *πολεμεῖν L*. in libro VI: cp. 44 *νεῖν AB'Cd*. 48 *πολεμεῖν AB*. 65 *ἀποστερεῖ L*. 80 *περινεῖν R*. 86 *διανοεῖσθαι ABCd*. 92 *ἐβοήθει d*. 125 *ποιεῖν d*. in libro VII: cp. 2 *ἔδει R*, in textu *δεῖ*. 9 b *πολεμεῖν ABRd*. 10, *η*. *ἀδικεῖ PR*. *ϑ*. *δεῖ CPR*. 23 *ἔδει L*. 39 *ἐπιπλεῖ d ἐμπιπλεῖ* in textu, *ἐμπιπλέει R*. 49 *δεῖ R* et in textu. 103 *αὐχεῖτε L*. 129 *ποιεῖ d*. 135 *δεῖ R*, *δὴ* ceteri. 157 *βοήθει L*. 159 *βοήθει R* excepto, in quo *βοηθέειν*, ceteri. 161 *ἐξήρκει L*. 185 *δεῖ A* et in textu. 198 *καλεῖται R*. 208 *ἐθηεῖτο* in textu, *ἐθήητο d*. 237 *εὐνοεῖ ABCd εὖ νοεῖ R*. in libro VIII: cp. 26 *κινεῖν ABCd*. 41 *ὑπηρετεῖν R*. 62 *δεῖ R*. 65 *μνεῖται L*. 94 *μαρτυρεῖ L*. 100 *δυσθυμεῖ L*; *ἐρεῖς L*. 108 *δοκεῖν C*. in libro IX: cp. 3 *δεῖ C*. 8 *δεῖσθαι R*. 16 *κρατεῖν C*. 61 *βοηθεῖν C*. 65 *δοκεῖν A*. 79 *εὐνοεῖν RPz*. 104 *τηρεῖν L*.

---

[1]) codex Vindobonensis V cum cod. R consentit et cod. S collegii Emanuelis apud Cantabrigienses his locis: I 46. II 1. 25. 35. 68. III 46. 51. 146. IV 14. 172. VI 80. VII 2. 10, η. θ. 39. 135. 159. 198. VIII 41. 62. IX 79.

contracta forma extat in altera codicum classe *(X)* sola octies, ter quidem consentientibus *AB*, quater pluribus, semel *Cd*; extat in altera codicum classe *(Ψ)* sola bis *PR* consentientibus. in utriusque contra classis codicibus vicies quater contracta forma invenitur. praeterea autem in eis codicibus contractae formae inveniuntur, qui, ut Steinius in praefatione exposuit, antiquissimi et optimi [1]) sunt, in codicibus *ABCPR*, accedit secundi ordinis *d*. in singulis autem codicibus contractae formae leguntur: in codice *A* bis, in *C* sexies, in *d* quinquies, in *P* bis, in *R* decies quater, in *L* decies octies. miram esse rem statim concedas, optimum codicem *A* solum bis praebere contractas formas, consentientem contra cum aliis vicies ter; *L* inferioris ordinis codicem solum decies octies, nunquam cum aliis consentientem. concludendum est ex hac re *L* codicis lectiones non fuisse in archetypo, sed a librario huius codicis demum in eum illatas esse. — eodem modo res in ceteris classis *X* codicibus se habet. in *B* solo nullum contracti *εε* vel *εει* exemplum, in *C* sex, in *d* quinque exempla; contra in consentientibus eis cum alterius classis libris in *B* viginti tria, in *P* undeviginti, in *d* viginti tria.— hic rerum status ita optime explicari posse videtur: fuit in archetypo ubique *εε* et *εει* in *ει* contractum. deinde cum posteriorum grammaticorum fabula, quae dialectum Ionicam abhorrere a contractis formis dixit, iam floreret, in textu Herodoteo paulatim contracta *ει* in *εε* et *εει* soluta sunt. pauca exempla contractionis casu in optimis codicibus *(ABCPR)* servata sunt, quae ne librariis tribuamus, ea re prohibemur, quod in utriusque classis codicibus leguntur. — sed iam videamus, quomodo in aliorum scriptorum libris, qui dialecto Ionica usi sunt, res se habeant.

Licet hoc loco exempla ex epistulis Pythagorae, Thaletis, Pherecydis, Heracliti, Hippocratis afferre. — epist. Pherecyd. *νοέειν*. Pythag. *αἰθερολογεῖν*. Thaletis *β*. *οἰκέειν*. *ποιέεσθαι*. sed haec pauca exempla nihil fere ad hanc nostram quaestionem valent. multo maioris momenti sunt epistulae Hippocratis, quae dicuntur. atque his quoque sententia nostra *εε* et *εει* contracta fuisse

---

[1]) contra Gomperz, Herodoteische Stud. I, 150 (Ber. d. Wien. Acad. 1883) codicem Vindobonensem V, quo in edendis Herodoti libris Holderus usus est, meliorem esse quam codicem R contendit.

firmatur. tricies ter soluta forma legitur, contracta quinquagies ter. praeterea his locis lectio varia est: XI 2 *θορυβέεσθε* mss. 4, quod Ermerinsius in textum editionis suae recepit. XIV 6 vulgata lectio est *εὐτυχεῖς*, *εὐτυχέεις* in mss. 6. XVIII 4 *ὠφελέειν* in textu Ermerinsiano. codd. 4 *ὠφελεῖ*. XXVI 2 *δοκέει* in *HIJK* *δοκέῃ* vulg. *δοκέω* *C*. sed in his verbis *δοκέῃ* vel *δοκέει* vel *δοκέω δὲ τοῦτο* Ermerinsius nihil esse putavit, nisi adnotationem lectoris, qui ad primum membrum periodi ea adscripserit, quare ista otiosa resecuerit. ep. XXVII 16 *δοκέει* *HJ*, in textu. *δοκέοι* codd. 4. *δοκέῃ* vulg. ib 36 *ἐπήρκει* in *CH*, *ἐπήρκεσε* in Erm. — etiamsi de aliis praeter hos locos dubitare possis, tamen, cum Ermerinsius Ionicae esse dialecti ratus *εε* et *εει* soluta servari potius contractas formas solverit, quam solutas contraxerit, ne accuratiore quidem codicum cognitione numerum exemplorum, in quibus *ε* cum *ε* et *ει* contractum est, minui puto, immo fortasse augeri.

iam ad A r r i a n u m et L u c i a n u m veniamus.

I n d i c a t. P r a e s. A c t. non extat forma in libro de Syria dea nisi soluta. in libro vit. auct. bis e codicum consensu *εει* legitur, semel *A* *ἀριθμεῖς* c. 4. — *ποιέεις* in *AC* c. 6. in libro de astrol. quater extat forma soluta, ubi nihil ab Iacobitzio adnotatum est. In Arriani Indicis quinquies decies forma non contracta legitur, contra c. 8 *διαρρεῖ* libri. c. 9 bis *δοκεῖ* libri. c. 32 *δοκεῖ* libri. c. 36 *ποιεῖ* libri. c. 43 *δεῖται* *A* *δὴ* *MBC* *δεῖ τά* ceteri libri. sexies igitur contracta forma legitur.

I n f i n i t. P r a e s. A c t. in libro de Syria dea septies decies infinitivi forma soluta legitur, bis in libro vit. auct. et bis in libro de astrol. — decies in Arriani libro soluta forma extat sed *έειν* contractum est in his vocabulis: c. 6 *ἐπιπλεῖν* libri. c. 12 *πολεμεῖν* libri. c. 20 *λιπαρεῖν* libri. c. 24 *νεῖν* libri. c. 30 *παρακαλεῖν* libri. c. 31 *ὁμολογεῖν* libri.

I n d i c a t. I m p e r f. A c t. soluta forma in libro de Syria dea ex omnium codicum consensu, ut videtur, vicies quinquies extat, in nonnullis codicibus quater his locis: c. 17 *ἐποίεε*, *ἐποίησεν* *V*. c. 24 *ἐδόκεεν* in *A* solo. c. 25 *ἔδεεν* in *A*. c. 39 *ὡμολόγεε* in *AE*. ter in libro de astrol. *εε* legitur in tert. pers. sing. in Arriani libro decies quater soluta, contracta forma quater invenitur cp. 18 *ᾤκει* libri. cp. 21 *ἐρρόχθει* libri. cp. 35 *ἐλύπει* libri. c. 36 *προσωμολόγει* libri.

I n d i c a t. P r a e s. P a s s. in libro de Syria dea forma soluta vicies bis extat, cp. 48 *A*, ut videtur, solus habet *ἀπαιρέεται*; bis in libro de astrologia, in quo c. 29 *C* semel *ἡγέεται*, *E* *ἡγεῖται* exhibet. — in Arriani libro undecies in codicibus *εε* non contractum est; contractas contra formas in cp. 29, ubi *M* praebet *ποιέεται* sed in margine manu recentiore, cp. 32 *ἀναχεῖται* (libri). cp. 36 *δεῖται* (libri) invenio.

I n d i c a t. I m p e r f. P a s s. in libro de Syria dea quinquies decies e codicum consensu *εε* solutum servari videtur, semel in libro de astrologia, quater in Arriani libro. —

I n f i n i t. P r a e s. P a s s. septies in libro de Syria dea, bis vit. auct., ter in libro de astrologia soluta forma legitur. in Arriani libro ut decies novies non contrahitur, ita bis codices contractum *εε* exhibent: cp. 24 *ἐξικνεῖσθαι*. cp. 31 *δεῖσθαι*.

si omnes formas, in quibus coniunctae vocales *εε* et *εει* extant computamus, in libris Lucianeis omnes codices centies quadragies octies consentire videmus de scribendis solutis formis, bis de scribendis contractis. quinquies in nonnullis solutae inveniuntur. aliter in Arriani libro res se habet. septuaginta tribus formis solutis viginti contractae obstant. at dicet quispiam: te ipse refutas. nam cum in Lucianeis libris codices ita consentiant, ut bis solum vulgaris forma contracta extet, quae formae facillime casu quodam in codices irrepere potuerunt, sine ullo dubio codicum auctoritate motus ubique solutas formas scribam paucasque contractas corrigam. — concedo, sed quid in Arriani libro? tribuesne viginti illas contractas formas librariis? vix puto te facturum. sed quomodo rem explicabis? equidem non intellego, quomodo res possit explicari, nisi contraria ratione solutas formas grammaticorum imperitiae tribuimus, qui Ionicae esse dialecti putaverunt concurrentes vocales nunquam contrahere, qui *Ἰωνικώτερον* quam Iones ipsi formas falsissimas veluti *αὐτέων* gen. plur. masc. finxerunt. ita quoque explicari potest, quod in codicibus Lucianeis nullae formae nisi solutae fere extant, in Arrianeis contra fere quarta pars omnium verborum, in quibus *εε* et *εει* concurrunt, e codicum consensu contractionem exhibet. paulatim enim magis magisque illa lex grammaticorum valere coepit, ut non solum in formis verborum in *εω* exeuntium sed etiam, ubi nulla fuerat vocalium contractio, *εε* et *εει* pro *ει* scriberentur. cf. § 13, V p. 40 sqq. omnino hanc legem valere videmus: quo est vetustior codex, eo saepius *εε*

εει in *ει* contractorum exempla invenimus. quod iam supra, cum de Herodoti libris agerem, exposui. — ex anonymi verbis, quem Lucianus in libro *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν* inscripto c. 18 commemorat, ad hanc quaestionem spectat vocabulum *ἔδεε*. sed cum Lucianeis codicibus tradatur, vix id alicuius momenti esse puto. in Abydeni fragmentis haec exempla concurrentium vocalium *εε* invenimus: frg. 1 *εὐτυχέειν*. frg. 9 *δωρέεται*. — Asinium Quadratum et Uranium praetereo, cum in fragmentis eorum nullum exemplum concursus vocalis *ε* cum *ε*, *ει* extet. —

in Eusebii fragmentis haec exempla leguntur: p. 345,2 *ἐποίεε*, codex *ποίεε*. ib. *συνεφρόνεε*. 344, 13 *ἐνηργέετο*, codex *ἐνήργεε τὸ*.

Euseb. Mynd. frg. — Indicat. Praes. Act. octies soluta forma extat, contracta contra frg. 1 et 21 *δεῖ*. frg. 54 *ἀγνοεῖ* libri. —

Imper. Praes. Act. quinquies soluta forma sec. pers. sing. frg. 45 *ἀπομνησικάκεε*. frg. 51 *κόσμεε*. 52 *διατέλεε*. 56 *αἴνεε*, *ἀποστύγεε*; bis tert. pers. sing.: frg. 20 *ξυγχωρεέτω*. frg. 44 *κυρεέτω* codd. —

Infinit. Praes. Pass. vicies bis soluta forma extat.

Ind. Praes. Pass. bis soluta forma extat: frg. 59 *ἀποστερέεται*. frg. 63 *ἡγέεται*.

Infinit. Praes. Pass. septies decies, ut videtur, codicibus consentientibus soluta forma legitur. —

in universum si omnia, quae attuli, exempla *εε* et *εει* concurrentium vocalium spectamus, concedendum est in codicibus scriptorum, quos enumeravi, solutas formas longe praevalere; praeterea contractae, quae inveniuntur, nullo modo neglegentiae librariorum posse tribui videntur, cum aut omnibus codicibus veluti in Arriani libro aut optimis consentientibus veluti in Herodoti libris legantur. deinde id nota dignum est, quod in fragmentis Eusebii Myndii, quae nobis a Stobaeo servata sunt, et in Lucianeis libris, quorum recentiores solum codices collati sunt, fere nullae contractae formae nobis occurrunt. quae quamquam esse mira nemo est qui neget, tamen libenter, cum solutae formae ita praevaleant, eas ubique restituendas esse concederem, nisi tituli in omnibus sedibus dialecti Ionicae reperti tam mira consensione satis mihi demonstrare viderentur ab Ionibus in verborum in *εω* desinentium coniugatione *εε* et *εει* semper esse contracta. si id accipimus, optime omnia, quae attuli, explicantur. omnia illa exempla, in quibus *εε* et *εει* contracta servata sunt, vestigia verae sunt dialecti Ionicae, quam nihil ab aliis Graecae linguae dialectis in hac re differre demonstrant. ita solvitur mira dissensio, quam inter codices et titulos prioribus temporibus valere putaverunt. — Merzdorfius, qui in dissertatione sua permultas de contractione concurrentium vocalium apud Herodotum falsas sententias refutavit, verum *εε* et *εει* non esse contracta putat, dissensionem inter codices et titulos ita solvit. in sermone vulgari, imprimis in colloquio, cum homines rapidius loquerentur, *εε* et *εει* ut *ει* expressa esse, unde in titulos, qui hanc vulgarem linguam praeberent, fluxisse. in scriptorum contra lingua elegantiore solutas formas servatas esse. ut magis haec explicaret, ex vernacula lingua exemplum attulit hoc: in vulgari sermone dicimus »wir gehn«, contra scribimus »wir gehen«.—sed hanc Merzdorfii explicationem probare nullo modo possum. nam in titulo Halicarnassio, quem sermone vulgari compositum esse nemo est qui dicat, non solum forma *ἐπικαλεῖν*, sed etiam *ἐπικαλῇ* invenimus. praeterea idem Merzdorfius *εε* et *εει* contracta esse concedit, si eis vocalibus tertia vocalis *ι*, *υ*, *η*, *ο* antecedat, non solum in vulgari titulorum sermone, sed etiam in elegantiore Herodoti. — postremo loco causam afferam, quae si non magni at tamen alicuius momenti est, analogiam verborum in *αω* et *οω* exeuntium. in horum enim declinatione *αε*, *αει*, *οε*, *οει* in *α*, *οι*, *ου* contrahuntur veluti in Attica dialecto. —

iam videamus, qui sit usus librorum Aretaei et Hippocratis. ac primum quidem de Aretaeo dicam. hoc primo iam conspectu intellegas solutas formas in codicibus longe praevalere neque in hac re Aretaei libros ab aliis, quos supra attuli, differre. sed si accuratius quaeres, plures contractas formas invenies quam in illis; quarum catalogus hic est:

Aretaeus: Indicat. Praes. Act. p. 28 *παρομαρτεῖ*. 55. 147. 330 *δεῖ*. 69 *περιπλεῖ*. 88 *δοκεῖ*. 91 *παταγεῖ*. ib. *λαλεῖ*. 94 *ποιεῖ*. 102 *δυσπνοεῖ* *GV* *δυσπνοῇ* *H*. 123 *τιθηνεῖ*. *τελεσφορεῖ*. 132 *ἐκρεῖ*. 137 *πλημμυρεῖ*. 146 *ξυμπαθεῖ*. 176 *τηρεῖ*. 234 *ἀρκεῖ*. 264 *ζωγρεῖ*. 268 *ἐξεμεῖ*. 320 *ἐγκοτεῖ* *G* *ἐνκοτεῖ* *HV*. 329 *πλημμυρεῖ*. 345 *ἐμμελεῖ*. contra centies tricies sexies non contracta forma legitur.

Infinit. Praes. Act. pg. 127 *εἰσωθεῖν*. 136 *ῥεῖν*. 184 *συνεκχεῖν*. 192. 194 *ἐνεψεῖν*. 192 *παραχεῖν*. 194 *καταιονεῖν*.

praeterea hoc vocabulum legitur: 198. 200. 203. 212. 233. 237. 239. 283. 296. 298. 332. — 202 *ἀσιτεῖν*. 208. 303 *ξυρεῖν*. 218 *διωθεῖν*. 284 *ὠθεῖν*. 287 *ἐγχεῖν*. 309 *ξυνομαρτεῖν*. — soluta forma extat centies sexies. — varia est lectio 193, ubi in *GH* *ἐγχέειν*, in *A* autem *ἐγχεῖν*.

Indicat. Imperf. Act. soluta forma septies extat. p. 57 *ἔρρεε*. 81 *ἐσωφρόνεε*. 171 *ἤλγεε*. 184 *ἐκηροβλάστεεν*. 201 *ἐπόθεε*, *προσεδόκεε*. 294 *ἀφαιρέεεν* (sic).

Indicat. Praes. Pass. p. 1 *ἐμεῖται*. 102 *καλεῖται*. 296 *ἐγχεῖται*. 297 *παρωθεῖται*. soluta contra forma tricies bis legitur, duobus locis codices dissentiunt: p. 41 *ἐκχεῖται* *G* *ἔκκειται* *HVE*. 33 *ἀφικνέεται* *GH* *ἀφικνεῖται* *VA*.

Imperat. Praes. Pass. bis invenitur contracta: 279 *εὐπορείσθω*. 331 *ἐψείσθω*, semel 202 *παραχεέσθω* soluta forma.

Infinit. Praes. Pass. p. 73 *ἀφικνεῖσθαι*. 321 *ἀπαρνεῖσθαι*. soluta forma septies decies legitur; semel p. 262 codicum lectio variatur: *προυπερηρεῖσθαι* *GHV* *προνοεῖσθαι* *AVm*.

Indicat. Imperf. Pass. semel contracta forma legitur p. 180 *ἐρρεῖτο*. —

Hippocrates: Indicat. Praes. Act. *ΠΚ*. 110. 195. 322 *αἱμορροεῖ*. 144. 501 *δεῖ*. 167 *αἱμορροεῖ* vulg. 189 *ἀναιρεῖ*. 223 *παρακολουθεῖ*. 281. 551. 597 *ὠφελεῖ*. 293 *αἱμορραγεῖ*. 310 *ὠφελεῖ* vulg. 538 *διδυμοτοκεῖ*. 564 *ἐξανθεῖ*. decies quinquies igitur contracta forma invenitur, cum soluta tricies semel legatur.—*ΕΙ*. 25. 26 *δεῖ*. soluta forma bis extat. — *E* III. 15 bis *δεῖ*. p. 229 *δεῖ*, *ἔδει* liber unus. ter soluta forma extat. — *ΠΑ*. 1. 17 *δεῖ*. 4 *ἐπιδημεῖ*. 6 *παραρεῖ*. 19. 21. 29 *δοκεῖ*. 24 *οἰκεῖ*. octies igitur contracta, decies soluta forma legitur. — *ΠΑΟ*. 12. 13. 15. 21. 26. 47 bis 52. 65 ter 67 bis 68 bis *δεῖ*. 68 *προσδεῖ*. tricies soluta forma legitur.—*ΠΤΚ*. 16. 24 *δεῖ*. quinquies soluta forma legitur. —

Imperat. Praes. Act. *ΠΑΟ*. 24 *ῥοφεέτω* Lit., *ῥοφείτω* Cod. Med. ap. Foes. 2276 *ῥοφύτω* mutatum in *ῥοφείτω* 2253.

Infinit. Praes. Act. *ΠΚ*. 344. 611. 620 *αἱμορροεῖν*. 361 *ἀνεμεῖν*, ib. *φλυηρεῖν*. 386 *εὐοδεῖν*. 493 *θεωρεῖν*. 501 *ψοφεῖν* bis. 566 *ἐμεῖν*. 575 *πλεῖν*. 591 *ἀρρωστεῖν*. — soluta forma duodecies legitur.—*ΕΙ*. forma soluta decies quinquies legitur, contra *E* III. semel 15 *σκοπεῖν* εει contractum invenitur, bis solutum.—*ΠΑ*. 1 *ζητεῖν*. 2 *σκοπεῖν*. 11 *ἀναμετρεῖν*. 14 *ἐμποιεῖν*. 30 *παρακινεῖν*.

octies soluta forma extat. *ΠΑΟ*. 11 *προσδεῖν*. 22 *ὀκνεῖν*. 38 *δεῖν*. vicies sexies soluta forma extat. varia est lectio: 24 *ἐπιροφέειν*, *ἐπιροφεῖν* cod. vet. Par. et Marc. 269. ib. *ῥοφέειν*, *ῥοφεῖν* idem codices.—*ΠΤΚ*. soluta solum forma legitur.—*N*. 4 *ἀγνοεῖν*.—*Π*. undecies soluta forma legitur, semel varia est lectio: 20 *ποχωρέειν*, *ὑποχωρεῖν* wg.

Imperf. Ind. Act. *ΕΙ*. 8 *διετέλει*. 21 bis. aeg. I II VIII *ᾤκει*. II III bis IV ter VII VIII X bis XI *κατενόει*. VI X *ἤλγει*. X XII bis XIII bis *παρελήρει*. X *ἐξεπύει*. XIII *ἠφώνει*. II IV bis X *οὔρει*. quinquies soluta forma legitur. bis varia est lectio: 6 *ἡμορράγει* cod. vet. 15 *αἱμορραγίαι* vulg. *αἱμορράγεε* *V* et codd. plur. *ἡμορράγει* cod. vet. *ἡμορράγεε* alius.—*E* III. 201. 230. 232 *ᾤκει*. 202. 224. 237 *οὔρει*. 202 ter 204 quater 205 ter 206. 207. 211. 212. 224 bis 225 bis. 229. 230. 233. 235 *κατενόει*. 204 *διενόει*. 234 *παρενόει*. 203 *ἐδυσφόρει*. 226 bis 227. 231 *ὑπεδυσφόρει*. 208 *παρελήρει*. 208 *ἤλγει*. 211 *ὑπήλγει*. c. 5. p. 230 *ἡμορράγει*. c. 11 *παρώχλει*. 229 *ἠνώχλει*. 232 *ἠσχρομύθει*. 236 *ἐτριχολόγει*. contra ter solum forma soluta legitur. *ΠΑ*. 15 *ἔδει* cod. Gadald.—*ΠΑΟ*. 32 *ἠρρώστει*. sed ib. *ἐπόνεε* Lit., *ἐπόνει* 2253. 2165 mutatum alia manu in *ἐπόνεε*. — *Π*. 20 *ὑπεχώρει* vulg., *διεχώρει* *b* super. *v* 446 *διεχώρη* *b* 2142. 2146. — 28 *ἤλγεε* *b* 2142 *ἤλγει* *f* *B* 446.

Indicat. Praes. Pass. *ΠΚ*. 336 *ἐπικαλεῖται*. 384 *ἀφικνεῖται*. 596 *οὐρεῖται*. contra semel 281 *ποιέεται*.—*ΕΙ*. 12 semel *κρατέεται*. *E* III. 15 *εὐπορεῖται*. contra 6 *καλέεται*.—*ΠΑ*. 20. 26 *ἀφικνεῖται*. contra 13 *ἐξουρέεται*. —*ΠΑΟ*. 60 *δεῖται*, sed ter soluta forma legitur 57 bis 68 *προσδέεται*.—*ΠΤΚ*. 11 *προσδεῖται* ib. 18 bis *δεῖται*, contra semel 9 *καλέεται*.—*Π*. 44 *ἐμεῖται*. contra 12 bis 13 *ποιέεται*. —

Imperat. Praes. Pass. *ΠΚ*. 556 *ἐμείσθω*. — *Π*. 23 *ἐμείσθω* *w* *vg* 2146 *b* 2142.

Infinit. Praes. Pass. *ΠΚ*. 195 *ἐνοχλεῖσθαι*. contra 495 *ἀνειλέεσθαι*.—*ΕΙ*. 11 *σκοπέεσθαι*. contra 25 *σκοπεῖσθαι*.— *E* III. 15 *σκοπεῖσθαι*.—*ΠΑ*. 7 *δεῖσθαι*. decies soluta forma legitur.—*ΠΑΟ*. octies soluta solum forma invenitur.—*ΠΤΚ*. 12. 31 bis *σκοπεῖσθαι*. 31 *ἐπιμελεῖσθαι*. sexies soluta forma legitur.— *O*. *ἐκκαλέεσθαι* *CFGHIKRZ*.—*Π*. 21 *ἀνειλέεσθαι*. 44 bis *πονέεσθαι*. 47 *ἐνθυμέεσθαι*. contra varia est lectio his locis: 38 *ἐνθυμέεσθαι*, *ἐνθυ-*

μεῖσθαι f. 37 *ἀριθμέεσθαι, ἀριθμεῖσθαι f.* 38 *ἀριθμεῖσθαι* g.

Imperf. Ind. Pass. *E* III. 209 *ἐχεῖτο.*

medicorum igitur libros cum scriptis historicorum, philosophorum, epistolographorum de contrahendis vocalibus *εε* et *εει* consentire videmus, cum in eis quoque solutae formae praevaleant, contractae tamen inveniantur, quin in etiam nonnullis scriptis Hippocratis illas numero superent. itaque sententiam nostram medicorum libris firmari concedendum est, quamquam confiteri cogor neque Aretaei neque Hippocratis codices satis accurate quemquam inspexisse variasque eorum lectiones contulisse, qua re omnium, quas enumeravi, formarum auctoritas aliquantum minuitur.

II. *σ* eiecto in sec. et tert. pers. plusquamperfecti vocales *ε* et *ε* concurrunt. — de Herodoti usu disputavit Merzdorfius l. l. 152. nunquam *εε* contractum esse codicibus consentientibus contendit ne vocali quidem alia antecedente.

habemus exempla in libro de Syria dea haec: cp. 4 *ἐγεγόνεεν, γέγονεν V.* cp. 25 *ἐπεπόνθεεν.* ib. *ἐγεγόνεεν.* cp. 26 *ἀπολελοίπεεν E ἀπολέλοιπεν A.* cp. 35 *ἐώθεε.* in Eusebii frg. 345, 13 *ἐπεστήκεε.* — itaque cum usu Herodoti nostri libri consentire videntur, contra in epistulis et medicorum scriptis non legitur forma nisi vulgaris: Hipp. epist. XVII 11 *εἱστήκειν.* XVIII 3 *ἐγεγόνει.* ib. *καταλελαβήκεις* codd. 4, *κατειλήφεις* Erm. — Aret. 81 *ἐδεδίει.* Hippocr. *ΠΔΟ.* 10 *ἐπεφύκει.* —

III. in futuro verborum in liquidam exeuntium *ε* et *ε* concurrunt. in his quoque formis Herodotus *εε* non contraxisse videtur cf. Merzdorf l. l. 149. his fere locis codices inter se dissentiunt: I 60 *φανεῖσθαι* in *z.* 109 *μανεῖται L.* VII 163 *πεσεῖται R* Suidas. VIII 101 *ἀποκρινεῖσθαι* codices. — in nostris libris has formas invenimus: de Syr. dea 32 *ἐκφανέει.* 36 *ἐπερέεται.* de astrol. 29 *εὐφρανέει.* in Eusebii Myndii frg. 63 in codicibus *προφανέει.* — contra in Hippocr. epist. XXVII 31 *φανεῖσθε.*

IV. semper *εει* contrahitur in futuro verborum in *ίζω* exeuntium. cf. Merzdorf l. l. 150. — Hippocr. epist. XIII 4 *φροντιεῖς.*

V. denique hoc loco de aoristorum secundorum, qui dicuntur, infinitivis agendum est. de origine illarum formarum accuratius disputaverunt Renner Stud. I, 32 sqq. G. Curtius Verb. II, 102. — de Herodoti usu cf. Merzdorf l. l. 154. — in Herodoti enim codicibus saepius aoristi formas et in *ειν* et in *εειν* exeuntes invenimus.

formarum in *εειν* desinentium catalogus hic est: I 1 *ἀποφυγεῖν R*[1]) *bd: ἀποφυγέειν.* 9 *διαφυγέειν L.* 10 *μαθέειν z.* 24 *περιιδέειν z.* 32 *ἰδέειν z.* ib. *παθέειν z.* ib. *ἐπισχέειν z.* 36 *ἑλέειν L συνεξελέειν C.* 73 *ἐκμαθέειν z.* 85 *ἀποθανέειν L.* 87 *συνδραμέειν z.* 91 *ἀποφυγέειν L.* 114 *διαλαβέειν z.* 204 *διαφυγέειν L.* II 4 *ἐξευρέειν L.* ib. *ἐξευρεῖν AB: ἐξευρέειν.* 10 *συμβαλέειν L.* 50 *συμπεσέειν z.* 111 *βαλέειν L.* 139 *διαταμέειν ABd.* 141 *παθέειν L. φαγέειν L. πεσέειν L.* III 11 *βαλέειν L.* 23 *ὑπερβαλέειν z.* 32 *συμβαλέειν R* excepto codd. 35 *βαλέειν L* bis. 41 *ἀποβαλέειν L.* 53 *πεσέειν L.* 81 *πεσέειν L.* 120 *συμπεσέειν L.* 147 *κτανέειν d κτενέειν z.* 160 *συμβαλέειν L.* IV 5 *πεσέειν dz.* 42 *συμβαλέειν Rz.* 46 *ἀποφυγέειν z.* 99 *συμβαλέειν R.* 140 *ἐξευρέειν z.* 160 *πεσέειν PRz.* V 24 *ἰδέειν L.* 86 *πεσέειν L ἐπιπεσέειν Prz.* 97 *μεταβαλέειν z.* VI 18 *συμπεσεῖν AB*[1] *συμπεσέειν B*[2]*R ξυμπεσεῖν Pdz ξυμπεσέειν C.* 61 *μεταπεσέειν L.* 82 *ἑλεῖν R: ἑλέειν.* 84 *πιέειν ABCd.* 89 *συμβαλέειν PRz.* 109 *συμβαλέειν sz.* 134 *ὑπερθορέειν PRz.* VII 11 *παθέειν L.* 17 *παθεῖν R: παθέειν* 168 *ὑπερβαλέειν L.* 170 *ἐπιβαλέειν z.* 209 *μαθέειν Rz.* 229 *ἀποθανέειν L.* 234 *ἐκμαθέειν z.* VIII 22 *μεταβαλέειν PR.* 65 *ἀποβαλέειν Rz.* 76 *φυγεῖν ABPC φυγέειν Rz.* 88 *διαφυγέειν L.* 100 *παραμενέειν R.* 103 *μενέειν C.* 211 *ἐξελέειν R.* 121 *ἐξελέειν R.* 133 *ἐκμαθέειν z.* — hunc formarum catalogum protuli, ut sententiam meam de contractione vocalium *εε* et *εει* in verborum in *εω* exeuntium coniugatione demonstrarem. in optimis enim et vetustissimis codicibus *AB* bis solum forma aoristi per *εειν* legitur, permultis contra locis in *L* et *z*, medium tenent *P* et *R.* haec distracta aoristi forma ita orta est: librarii *ειν* quod antea scriptum erat, falsissime in *εειν* dissolverunt, cum ubique *ειν* ex *εειν* contractum esse acciperent Ionumque esse proprium concurrentes vocales non contrahere putarent. tamen mire fortuna favente in hoc aoristi infinitivo verae formae non aeque falsis removebantur, atque in verborum in *εω* exeuntium declinatione.

sed iam nostros libros videamus. in libro de Syr. dea 25

---

[1]) V et S codices cum cod. R consentiunt his locis: I 1 II 4. 139 III 32 IV 42. 99. 160 V 86 VI 18. 82. 89. 134 VII 17. 209 VIII 22, 65. 100, 111. 121. nulla inter eos de his formis dissensio est. —

παθέειν legitur. in Eusebii Myndii frg.: 7 *ἀπελθεῖν*. 13. 61 *εὑρεῖν* codd. 51 *λαβεῖν* codd. 53 *κατασχεῖν* codd., quibus omnibus locis Mullachius falsissime *ειν* in *εειν* dissolvit. — in Hippocr. epist. III *εὑρεῖν*. — in Aretaei libro haec exempla invenimus: p. 12. 136 *παθέειν*. 126 *θιγέειν ἰδέειν*. 242 *ξυμβαλέειν* *GVH*.— in Hippocr. scriptis: *ΠΚ*. non extat forma nisi vulgaris: 140 *πιεῖν*. 239 *ἐλθεῖν*. 219 *διελθεῖν*. 396 *παρασχεῖν*, *θανεῖν*. 401 *προσπεσεῖν*. 471 *ἀνελεῖν*. 551 *συλλαβεῖν*. *E* III. 208 *παθεῖν*. *ΠΑΟ*. 1 *προκαταμαθεῖν*. 31 *ἀφελέειν* Lit., *ἀφελεῖν* 2253. 2145. 2165 mutatum alia manu in *ἀφελέειν*. 2276. 2146. Cod. Flor. ap. Dietz p. 112. — *ΠΤΚ*. 17 ter *ἐπιδεῖν*. 30. 31 *ἀφελέειν*. *O*. *ἐπικρινέειν* *FGHKZ*. — *N*. 3 *πεσεῖν*. *Π*. 10 *ἐπικατιδεῖν*. 21 *διελθεῖν*. 25 *ἀποθανεῖσθαι*. 34 *παρασχεῖν*. — vulgarem formam in his libris praevalere videmus, qua de causa solutas paucas formas corrigendas esse puto.

VI. praeterea hoc loco agendum est de vocabulo *κεῖμαι*. — formas *κέεσθαι, κέεται, ἐκέετο* Curtius Verb. I, 145 ex *κείεσθαι, κείεται, ἐκείετο* ortas esse contendit; deinde in modum Atticorum coniunctivum *κέηται* formatum esse. eodem modo G. Meyer gr. Gr. 482. Steinius in editione sua librorum Herodoti nullam certam rationem de scribendis huius verbi formis secutus esse videtur. promiscue enim scribi videmus *κέεται, κέεσθαι* et *ἔκειτο*. — his fere locis librorum lectio est varia: *κεῖται*: I 9 *L*. 50 *L*. II. 149 *ABR*. 155 *ἐπίκειται* *ABR*. III 57 *ἀνάκειται* *ABR*. IV 18 *L*. 22 *L*. 45 *AB*. 59 *διάκειται* *AB*. 99 *πρόκειται* *L*. VII 11 *πρόκειται* *ABR*. 198. 200. 216 *L*. VIII 60 *ἔγκειται* *R* *ὑπέκκειται* ceteri. 135 *ABCd*. 138 *AB*. *κεῖσθαι*: II 127 *L*. III 34 *προσκεῖσθαι* *R*. IV 111 *ABR*. 22 *L*: 195 *ABR*. *ἔκειτο*: I 196 *προσεκέετο* *C*. ib. *ἐκέετο* *C*. VII 36 *προσεκέετο* *R*.

iam nostros libros inspiciamus: de Syr. dea: cp. 29 *ἐπικέεται* *E* *ἐπικέαται* *A*. cp. 39 *κέεται* *A* *κέαται* *E* prima manu, *κέεται* secunda. cp. 45 *ἀνακέατο* *AE* *ἀνεκέατο* reliqui. Vaticanus 90 *ἀνακέετο*. in Arriani libro: cp. 28 e codicum consensu *συνέκειτο* et cp. 31 *κεῖται*. in Hippocr. epistulis: epp. X XXVII 27. 43. 48 XIV. 5 *ὑπόκειται*. XXVII 31 *ὑπερκεῖται*. ep. XXVII 6 *παρακεῖνται*. ep. XVII 17 *κατακειμένης*. medici: *κεῖται*: Hipp. *ΠΚ*. 401 *ΠΑ*. 3. 19 bis 26 Littréus *κέεται, κεῖται* vulg. *ΠΤΚ*. 3. contra *κέεται*: Aret. 3. 15. 251. *ἐγκέεται* 60. 247. *ὑπερκέεται* 282. Hippocr. *ΠΑ*. 1. 33. *κεῖσθαι*: Hippocr. *ΠΚ*. 497 bis

contra *κέεσθαι*: Aret. 9. 236.— 49 *ἐγκέεσθαι*. 214 *προσκέεσθαι*. 285 *κατακέεσθαι*. *Π*. 4 *κέεσθαι*. *κεῖνται*: Hippocr. *ΠΑ*. 6 *προσκεῖνται* vulg., *προσκέονται* Lit. *κέενται*: Aret. 141 *συγκέενται*. *κέαται*: Aret. 276 *ἐγκέαται*. 295 *ἐπικέαται* *G* *ἐπικέανται* *HV*. Hippocr. *ΠΑ*. 4 *ἀντικέαται, ἀντικέονται* cett. (cf. Erm. I 245). 5 *κέονται* Lit. bis. *κέαται*. *κέονται*: Aret. 51 *ξυγκέονται*. 131 *ἐγκέονται*. *κείμενος*: Aret. 53. Hipp. *ΠΚ*. 77. 497. *ΕΙ*. aeg. II IV V XI XII. *E* III. 202. 228. 232. *ΠΑ*. 5. *Π*. 4. — Hipp. *ΠΚ*. 72. *Π*. 10. 43. *διακείμενος*. *ΕΙ*. 6. 15. *E* III. 203. 224. *ΠΑΟ*. 46 *κατακείμενος*. *O*. *συγκειμένους*. *κεόμενος*: Aret. 237 *ἐγκεομένης* *GHV*. 317 *ἐγκεομένη* *GH*. 318 *ἐγκεομένης*. *κέωνται*: Aret. 19 *κατακέωνται* *G* *κατακαίονται* *VH*. 147 idem. *κέηνται*: Aret. 220 *ἐπικέηνται* *GV* *ἐπικέηται* *H*. *ἔκειτο*: Aret. 184. Hippocr. *ΕΙ*. 15. 17. 21. aeg. V VI X XIII XIV *E* III. 202. 206. 209 bis 211. 222. 225. 228. 229. 235 *κατέκειτο*. *ἔκειντο*: Hippocr. *ΕΙ*. 20 *κατέκειντο*. *κείσομαι*: Aret. 233 *κείσεται*.

duae igitur classes formarum distinguendae sunt: altera formarum a stirpe *κει* derivatarum: *κεῖται, κεῖσθαι, κείμενος, ἔκειτο, κείσεται*, altera earum formarum, in quibus *ει* in *ε* mutatum est: *κέεται, κέεσθαι, κεόμενος, κέωνται*. quae cum ita sint, oritur quaestio, utrum utriusque classis formae promiscue a scriptoribus adhibitae sint an altera auferenda sit. in hac re diiudicanda maximi mihi momenti esse videtur forma *συγκέενται*, quae nobis in libro Aretaei p. 141 occurrit. sine ullo enim dubio ex vulgari *σύγκεινται* orta est, cum librarii *ει*, quod ex *εε* contractum esse putabant, ut ab Ionica dialecto alienum in *εε* dissolverent. eodem modo formas *κέεται* et *κέεσθαι* ex *κεῖται* et *κεῖσθαι* *ει* in *εε* dissoluto ortas librariisque tribuendas esse puto. de formis *κέωνται, κέηται, κέαται* G. Curtio adstipulor.

VII. vocales concurrunt eiecto *σ* in stirpium in *σ* exeuntium declinatione. de usu Herodoti cf. Merzdorf l. l. 152.

in libro de Syria dea duodecies formae solutae ex omnium, ut videtur, codicum consensu leguntur. varia est lectio cp. 32 *οἰνώδεες* *AF*. ib. *πυρώδεες* *A*. cp. 41 *χειροήθεες* *AE*. — in libro de astrologia bis soluta forma extat. — in Arriani libro duodecies soluta forma invenitur. — in frg. Abydeni 1 *διφυεῖς*. — in Euseb. p. 342, 1 *ἀδρανέες*. — in Euseb. Mynd. frgg. 4 *προσφιλέες*. 42

ἀπειθέες. 63 *ἀφανέες* codd. — in epist. Thal. *α*. *φρενήρεες*. — in epp. Hippocr. septies soluta forma, semel ep. XVII 20 *Ἡράκλεις* contracta extat. — nihil medicorum libri dissentiunt: in libris Aretaei septies p. 118 *ἀγενεῖς*. 141 *ἀσινεῖς*. 145 *γυναικώδεις*. 187 *θυμοδακεῖς*. 193 *νεοδρεπεῖς*. 314 *σιτώδεις*. 344 *λιτρώδεις* contracta forma legitur, soluta contra in libris primo et secundo solum sexagies semel — eodem modo res in scriptis Hippocratis se habet. ingente solutarum formarum numero contractae paucis leguntur locis. librorum igitur consensione ubique solutam formam ita praevalere vides, ut facillime inducaris, ut librariis paucas contractas formas tribuas.

VIII. vocales *ε* et *ε* concurrunt u̯ eiecto in declinatione stirpium in *ε*u̯ exeuntium. de Herodoti usu cf. Merzdorf l. l. 153.

huius concursus exempla solutam formam exhibent exceptis Arr. Ind. 23 *ἱππεῖς* libri. Abyden. frg. 1 *βασιλεῖς*. eadem est res in medicorum libris.

IX. denique hoc loco agendum est de formis pronominum personalium *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς*. de usu Herodoti cf. Dindorf l. l. XX. Merzdorf l. l. 153. ubique in libris eius formae *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* restituendae sunt. —

in libro de Syr. dea 2 *ἡμεῖς*. vit. auct. 13 *ὑμέες*. de astrol. 4 *ἡμεῖς*. Arr. Ind. 34. 35 *ἡμεῖς*. in epistull. Pythag. *ὑμεῖς* Thalet. *α* *ἡμέες*. Hippocr. septies contractae pronominum formae extant, solutae bis. semel codicum lectio varia est: XVII 33 *ἡμεῖς* vulg., *ἡμέες* *b*. —

§ 14. *ε η*.

I. ut in antecedente capite ita in hoc quoque primum de vocalibus *εη* in verborum declinatione concurrentibus dicam. qui concursus in coniunctivo praesentis et activi et passivi existit. index formarum quae in nostris libris sunt hic est: de Syr. dea c. 32 *ἱστορέῃ* in libris. c. 36 *ἐπαινέῃ*. de astrolog. 22 *ἀπηγέηται*. Arrian. Ind. 12 *δέῃ*. Euseb. Mynd. 53 *ἀπαιτέηται*. Hippocr. epist. XXVII 40 *ἀποδημῇ*, *ἀποδημοῖ* *H*. haec fere in libris exempla invenimus neque illo epistularum loco excepto ullam fluctuationem in eis de hac re inesse videmus. sed cum numerus exemplorum tam exiguus sit, ex eis de hac re diiudicare absurdum est. Herodotum igitur, titulos, medicos inspiciamus. Merzdorfius omnia exempla e libris Herodoti collegit et in libello suo p. 162 enumeravit. ex his promiscue con-

tractas et solutas formas in codicibus extare neque certam ullam legem valere videmus. tamen Merzdorfius, quamquam quaestionem haud ita facilem diiudicatu esse concedit et sibi multo minus audax videri dicit ubique contractam restituere formam quam contractas solvere, ad hanc sententiam pervenit: post consonas quidem *εη*, post vocales *η* pronuntiatum est. sed unde haec collegerit, nescio. — tituli *εη* contrahunt: Röhl I. G. A. 381 *ποιῇ* et *ποιῆται*. 500 *ἐπικαλῇ*. Erm. S. I. 26 *δοκῇ*. Bechtel no. 113 *ἀμφισβατῆι*.— restat, ut formas e libris medicorum afferam: Aretaei lib. p. 5 *ἀναπνέῃ* *G* *ἀναπνοή* *V*. 10 *διαρκέῃ*. 22 *παλινδρομέῃ*. 25 *ἀκέηται*. 31 *ἐμέηται*. 62 *μετακινέηται*. 68 *ἀλγέῃ*. 69 *δοκέῃ*. 70 *βοηθέῃ*. 71 *ἐγκυβερνέῃ*. — 91 *λαλῇ*. 92 *ζωπυρῇ*. 98 *ἐκρέῃ*. 101. 103 *ἐρευθῇ*. 114 *πλημμυρῇ*. 165 *ἀπορῇ*. 168 *πονῇ*. 245 *νοσῇ*. 270 *ἀναιρῇ* ib. *ἀδικῇ* *GH* *ἀδηκῇ* *V*. 279 *εὐπορῇ*. 303 *ἐκρῇ* *GH* *ἐκρεῖ* *V*. 322 *ἀνεμῆται*. — Hippocr. *ΠΚ*. 167 *παρακολουθέῃ*. 235 *ποιέῃ*. 365 *παλινδρομέῃ*. 428 *δοκέῃ*. contra: 395 *παρακολουθῇ*. 535 *ὀχλῇ*. 543 *ῥιγῇ*. — *ΠΛΟ*. 62 *ποθῇ*, *ποθέῃ* 2165 mutatum alia manu in *ποθῇ*. varia est lectio *Π*. 21 *ποιέηται* *w g v*, *ποιῆται* *b* 2145. 2142. itaque cum in libris quoque medicorum fluctuationem de scribenda contracta aut soluta forma inesse videamus, nondum de hac re diiudicari posse puto, etiamsi tituli nobis contractas solum formas tradunt. mihi quidem persuasum est Iones non solum in vulgari sermone ubique *εη* contraxisse, sed etiam in libris contractas formas scripsisse. consentit mecum Spreerius de verbis contractis apud Herodotum p. 4. —

II. *ε* et *η* concurrunt in nominativo singularis vocabulorum in in *κλέ*u̯*ες*. forma horum substantivorum apud Herodotum semper est *κλέης*. cf. Merzdorf l. l. p. 160.

in libro Arriani haec exempla extant: c. 5 bis c. 8 bis *Ἡρακλέης*. c. 18 *Νικοκλέης*, quod *AL*. Vulc. Gron. habent, cum in ceteris *Νικοκλέως* legatur.

§ 15. *ε α*.

σ eiecto *ε* et *α* concurrunt: I. in declinatione stirpium in *σ* terminantium in nominativo plur. neutr., accusativo sing. masc., accusativo plur. cuiusvis generis. ubique et in libris Herodoti et in nostris *εη* solutum manet. cf. Merzdorf l. l. 136. paucae, quae in libris leguntur, formae contractae tanta solutarum formarum multi-

tudine sine ullo dubio neglegentiae librariorum tribuendae sunt.

II. in vocabulo *ἔαρ*, de cuius forma *εἶαρ* iam supra dixi § 7, Herodotus semper *ἔαρ* usurpavit cf. Merzdorf l. l. 137.

semel in Arrianeo libro cp. 14 contractam formam *ἦρος* invenimus. tamen cum Iones ubique *ε* et *α* concurrentes vocales solutas servent, in hoc quoque vocabulo contractam formam corrigendam esse puto.

III. *σ* evanuit in tert. pers. plur. verbi *εἰμί*: *ἔασι*. quod ex *ἐσ-αντι* (cf. Curtius Verb. I, 69) ortum est. ter decies in libris Aretaei p. 6. 32. 54. 76. 120. 125. 127. 129. 130. 136. 154. 157. 176 legitur.

u̯ eiecto *ε* et *α* concurrunt: I. in stirpibus in *ε*u̯ exeuntibus in accusativo sing., nominativo et accusativo plur. substantivorum et adiectivorum in *υς*, substantivorum in *ευς*. de hac re omnes scriptores, qui dialecto Ionica utuntur, consentire videmus. de Herodoto cf. Merzdorf l. l. 137. 138.

II. in vocabuli *δένδρεον* ex * *δένδρεu̯ον* orti nominativo et accusativo plur. de Syr. dea 49 *δένδρεα*. Ind. Arr. c. 7. 11. 22. 27. 32.— Hippocr. ep. XIII 5 *δένδρα* vulg., *δένδρεα* in *H* sec. m. *v b* — Aret. 196 *δένδρεα* in *GHV* *δένδρα* in *A*.

j eiecto *ε* et *α* concurrunt: I. in nominativo et accusativo plur. substantivorum *ὀστέον*, *ὀστρέον* et adiectivi *κενεός*. *ὀστέον*: ex *ὀστέjον* ortum esse videtur. extant exempla: Arr. Ind. 29 in libris contracta forma invenitur *ὀστᾶ*. c. 30 bis *ὀστέα*. — Aret. 42. 88 *ὀστέα*. Hippocr. *ΠΚ*. 188. 237 *ὀστέα*. — *ὄστρεον*: Arr. Ind. 21 *ὄστρεα*. c. 29 *ὄστρεα* ed. Vulc., *ὄστρια* ceteri libri. c. 39 *ὄστρεα* ed. Vulc. *A*. *ὄστρεια* *M* *ὄστρια* cett. libri.— *κενεός*: cf. Curtius gr. Etym.[4] 146. Luc. vit. auct. 13 in codicibus *AC* *κενεά*. licet afferre hoc loco Hipp. epist. XVII 25 *κενεόν*, quod solutum manere necesse est. —

II. in femininis adiectivorum in *υς* exeuntium et in adiectivis in *εος* terminantibus. in his nunquam *εα* contrahitur.

pauca praeterea dicenda esse puto de pronominibus *ἡμέας*, *ὑμέας*, *σφέας*. in libris Herodoti non leguntur formae nisi solutae, quibuscum libri Lucianei, Abydeni, Eusebii Myndii consentiunt. contra Arr. Ind. 6. 34 bis *ἡμέας*. contra 8. 13 bis 24. 27. 30. 32 *σφᾶς*. in epistulis Hippocratis solutae formae ita praevalent, ut paucae solum contractae corrigendae sint. semel ep. X. *ἡμᾶς* extat, contra

quater decies *ἡμέας*, septies *ὑμέας*, bis *ὑμᾶς* ep. XXVII 39. 45. quater de scribenda forma codices dissentiunt, tamen meliores, ut videtur, *ὑμέας* exhibent. (*J.C.* *ὑμᾶς* cod. *φ*.) — in libris Aretaei semel p. 267 *ἡμᾶς*. contra quinquies 112. 169. 183. 288. 293 *σφέας* legitur. — in Hippocr. *ΠΛ*. 29 *σφᾶς*, — cum in universum solutae formae in libris praevaleant, eas ubique restituendas esse puto. —

denique *ε* et *α* concurrunt, si ad verbum, cuius stirps in *ε* exit, terminatio tert. pers. plur. *αται*, *ατο* accedit, veluti de Syr. dea 29 *ἐπικέαται*. de astrol. 3 *περικέαται* m. a. l. in his formis *εα* non contrahi vix dicere necesse videtur.

restat, ut de coniunctionibus *ἐάν* et *ἐπεάν* pauca exponam. Herodotus semper *ἤν*, sed *ἐπεάν* usurpare videtur, cf. Merzdorf l. l. 143, qui *ἤν* propterea ex *ἐάν* contractum esse putat, quod saepissime usu veniat.

in libro de Syr. dea semel c. 52 soluta forma *ἐάν* legitur, *ἐπεάν* c. 6. 29. 48. 49. 51. 57. 60. — in Arr. Ind. 13. 14. 15. 16 bis 25 29 *ἐπεάν*, semel c. 10 *ἐπήν* in libris extare videtur. Euseb. Mynd. frg. 53. 63 *ἐπεάν*. in epistul. Pherecyd. *ἤν* bis, semel *ἐπήν*, Thal. *α*. *ἤν* bis, Hippocr. semel *ἐπήν* ter *ἤν* legitur. de hac quoque re Arriani et Luciani libri optime cum Herodoteis consentiunt.

tres vocales i. e. vocalis et *εα*, in his fere vocabulis concurrunt: de Syr. dea 19 de astr. 2 *ὑγιέα*. astr. 11 *διφυέα*. 29 *πρηέα*. Aret. 91 *ὑγιέα* bis. 331 *εὐφυῆ*. *ΠΤΚ*. 28 *ὑγιᾶ*. *Π*. 1 *ὑγιέας*. — in his omnibus vocabulis *πρηέα* excepto videmus vocalium coniunctioni *εα* antecedere vocalem, cuius natura a sequente *ε* aliquantum differt, *ι* et *υ*. in his igitur *εα* non contractum esse puto, praesertim cum *ι* et *υ* non ut vocales sed ut spirantes in hoc vocalium concursu pronuntiata esse accipiam. in *πρηέα* vocabulo contra *εα* ut *α* pronuntiatum esse mihi persuasum est. nam cum Iones, ut supra exposui, a vocalium coniunctione abhorrerent, eos *ηε* ita adamasse, ut vel tribus vocalibus concurrentibus id servarent, non potui credere; qui, ut alio loco exponam, in universum *η* brevibus vocalibus antecedens non toleraverunt. praeterea tres vocales concurrunt in accusativo vocabulorum in *κλέης* terminantium. in his altera *ε* hyphaeresi, quae dicitur, eicitur. ita in libro Arriani forma *Ἡρακλέα* sexies legitur, quae ex *Ἡρακλεέα* orta est. — in Hippocr.

epist. XXII 1 *εὐκλεᾶ*, quod in *εὐκλέα* corrigendum est. — in Hippocr. *E* III. 228 *Περικλέα*. —

§ 16. *εαι*.

I. in terminatione verbali secundae personae praesentis vel futuri eorum verborum, quae in *ω* exeunt, vocales *εαι* concurrunt. de Herodoteo usu accuratius Merzdorf l. l. 143 egit. nunquam apud eum *εαι* contrahitur. si alterum *ε* coniunctioni *εαι* antecedit, hyphaeresi tollitur. — in nostris libris haec exempla leguntur: de Syria dea 18 *λίσσεαι*. 25 *ἀπίξεαι*, ubi *A* *ἀπίξεται* exhibet. 30 *μεμνήσεαι* *A*. — vit. auct. 3 *ἐνασκήσεαι*. 4. 5 *εἴσεαι, γνώσεαι*. 5 *μεταβήσεαι*. 6 *ὄψεαι*. — Euseb. Mynd. frgg. 11 *παρέξεαι*. 45 *ἀμύνεαι* codd. 51 *καταθήσεαι*. 52 *νομισθήσεαι*. 63 *ἔσεαι*.—Hippocr. epistul. XVI 1 *εὐφραίνεαι* mss. 6 *εὐφραίνῃ* vulg. *εὐφραίνει* Erm. in textu. XVII 20. 22 *δυνήσῃ* cett. 24 *ἄρξει* Erm. 20 *οἴει* Erm. *οἴῃ* vulg.—Aret. p. 30 *ὄψεαι*,—Hippocr. *ΠΑ*. 11 *βούλει*.—nihil fere dicendum videtur de his formis, quas optime codices servarunt. pauca contractionis exempla corrigenda sunt. —

§ 17. *εϊ*.

de usu Herodoti Merzdorfius l. l. 177 disseruit. apud Herodotum, ut qui pedestri sermone usus sit, semper solutam formam *εϊ* legi deberi putat; in codicibus enim, quamquam *AB* saepius contractam formam praebeant, plerumque solutam servari. formarum catalogum non dedit, qua de causa locos, in quibus codices inter se dissentiunt, collectos iam enumerabo [1]):

lib. I. a) stirpes in *σ* exeuntes: 5 *ἄργεϊ* *CPz*: *ἄργει*. 14 *ἀλήθεϊ* *CPz*: *ἀληθεῖ*. 59 *Ἱπποκράτει* *AC*. 66 *πλήθει* *Ac*. 70 *μεγάθεϊ* *Pz* *μεγάθει* *d* *μεγέθει* reliqui. 73. 74 *Κυαξάρει* *AB*[1] *κυαξάρεϊ* reliqui. 74. 108 *ἔτει* *AB*. 119. 129 *ἀστυάγει* *ABd*. 120 *ἀληθεῖ* *L*. ib. *θάρσει*. 160 *Ἀταρνεῖ* *APz*. 181 *φάρσει* *ABP*. 183. 199 *τεμένει* *AB*. 186 *τείχει* *AB*. 195 *ποδηνεκεῖ* *ABC*. 203 *πλήθει* *ABPz*. *μεγάθει* *ABP*. — b) stirpes in *υ* exeuntes: 60 *παιανιεῖ* *Ac* *πανιέϊ* *d*. 132 *βασιλέϊ* *C*: *βασιλεῖ*. 163 *βασιλεῖ* *ABPz*. *βασιλέει* *C*. 192 *βασιλέϊ* *Cd*: *βασιλεῖ*.— c) praeterea afferam dativos stirpium

[1]) in hac quoque quaestione nihil novi afferunt lectiones codicis V.

in *ι* exeuntium: 60 *στάσεϊ* *z* *στάσει* codd. 61 *δόσεϊ* *z* *δόσει* codd. 69 *ἀφίξεϊ* *z* *ἀφίξει* codd. 105 *πόλεϊ* *z* *πόλει* *CP*. — optime enim talibus formis, quas in *z* Aldina legimus, ante oculos ponitur, quomodo falsissime diaeresis in alias stirpes transferatur imperitia aut editorum aut librariorum, unde suspiceris fortasse multas illas formas solutas fabulae illi, quae de Ionum proprietate circumferebatur, tribuendas et in paucis contractis formis veras nobis servatas esse.— lib. II. a) in *AB*: 74 *μεγάθει*. 92 *διαφάνει*. 96 *πλήθει*. 121 *δ* *κέρδει*. 135 *μέλει*. 145 *Ἡρακλεῖ*. 155. 170 *τεμένει*. 169 *πλήθει*. 175 *ὕψει*; *μεγάθει* (*μεγέθεϊ* *C*.) — in *ABd*: 75 *πλήθει*. 108 *μεγάθει*. 111 *ἔτει*. 121 *δ* *δαψιλεῖ*, *ε*. *σκοτεῖ*. — in *ABC*: 63 *ἄρει*.—in *ABR*: 145 *Ἡρακλεῖ*. praeterea 59 *ἄρηϊ* *AB*^{t} *ἄρει* *B*^{m} *ἄρῃ* *C*. 60 *βάρει* *C*. 124 *οὔρεϊ* *CPz*. *ὄρει* reliqui. b) 30 *βασιλεῖ* *ABRd*.—in *AB*: 91 *περσεῖ*. 99. 162 *βασιλεῖ*. — in *ACd*: 30. 32. 121. 133 *βασιλεῖ*. — in *ABd*: 132 *παχεῖ*. — c) 59 *πόλει* *Cd* *πόλεϊ* *z*. 60. 130 bis *πόλεϊ* *z*. — lib. III. a) in *AB*: 11. 21. 45. 107 *πλήθει*. 21 *μεγάθει*. 40. 42. 122. 123. 125. 132 *πολυκράτει*. 46 *ἔτει*. 68 *γένει*. 91 *τείχει*. 130 *δαψιλεῖ*. 148 *Κλεομένει*. — 4 *τριήρει* *A*^{2}*PRdz* *τριήρῃ* *A*^{1}*BC*. 9 *μήκει* ceteri *d* excepto. 11 *Ἀχαιμένει* *R*. 18 *τέλει* *Ad*. 78 *σκότει* *ABd*. 82 *ἔπει* *ABPdz*. 83 *πλήθει* *ABd*. 85 *θάρσει* *ABR*. — in *ABP*: 120 *ὀνείδει* (*ὀνείδιει* *R*). 131 *πολυκράτει*.—130 *ἔπει* *ABPdz*. — b) in *ABd*: 8 *ὀξεῖ*. 72. 84 *βασιλεῖ*. — in *ABPd*: 21 bis 130 *βασιλεῖ*. — in *ABPdz*: 17 *βασιλεῖ*.—in *ABP*: 39 *βασιλεῖ*.—97 *βασιλεῖ* *B*. 98 *βασιλεῖ* *BR*. 102. 118. 120. 132. 140 *βασιλεῖ* *AB*. 137 *βασιλεῖ* *ABR* bis. — lib. IV. a) in *AB*: 14. 42. 95. 158 *ἔτει*. 42. 45 *μήκει*. 50 *πλήθει*; *θέρει*. 52 *μεγέθει*. 54 *βορυσθένει* (-*σθένϊ* *R*). 78 *ἀριαπείθει* (-*πείθεϊ* *PRz*); *ἀριαπείθει* (*ἀριπείθεϊ* *Pz* *ἀριπείθει* *R*). 95 *ἔχθει*. 110. 154 *πελάγει*. 123 *τείχει*. 151 *πορφυρεῖ*. 174 *θηριώδει*. — in *ABd*: 9 *Ἡρακλεῖ*. 191 *πλήθῃ* (*πλήθει* *P*). — in *ABR*: 78 *βορυσθένει*. 147 *εὐρυσθένει*. — b) in *AB*: 65. 76. 78. 150. 159. 161. 168 bis. 201 *βασιλεῖ*. — in *ABR*: 64. 166 *βασιλεῖ*. — lib. V. a) in *AB*: 2 *πλήθει*. 31 *μεγάθει*. 88 *ἀληθεῖ*. 101 *πλήθει* (*συμπλήθεϊ* *C*). — in *ABC*: 47 *τριήρει*. — in *ABr*: 51 *Κλεομένει*. 63 *Κυνοσάργει*. 64 *τείχει*. 70 *μέρει*. 85 *τριήρει*. — in *ABdr*: 55 *πάθει*. — in *Ar*: 72 *Κλεομένει*. — in *ABP*: 95 *μέλει*. — b) in *ABr*: 2. 17. 20. 31. 36. 49. 111. 115 *βασιλεῖ*. 24 *βραχεῖ*. in *AB*: 18 *βασιλεῖ*. ib. *βασιλεῖ* (*Pdr*). 82 *ἐρεχθεῖ*. — 73 *βασιλεῖ*

ABPdr. 105 *βασιλεῖ ABdr.* — c) 77 *ἀκροπόλεϊ z.* — lib. VI. a) in *AB*: 13 *κέρδει.* 22 *αἰάκει.* 31. 40. 46. 95 *ἔτει.* 39 *τριήρει.* 44. 111 *πλήθει; ῥίγει* (*ῥίγεϊ C*). 73 *γένει.* 76. 108 *Κλεομένει; ἄργει.* 79. 108 *τεμένει.* 116 *κυνοσάργει.* 127 *εἴδει.* 130 *μεγακλέει* (*μεγακλέϊ C μεγακλέει d*); *Κλεισθένει.* 131 *μεγακλέει.* — in *ABR*: 18 *ἔτει.* 53 *Ἡρακλεῖ.* in *ABPdz*: 33 *οἰβάρει.* — b) in *AB*: 2. 30. 33. 47. 48. 50 *βασιλεῖ.* 12 *Φωκαεῖ.* 38. 114 *πελέκει.* 53 *Περσεῖ.* — in *ABP*: 11 *βασιλεῖ* (*βασιλέϊ z*). — lib. VII. a) in *AB*: 1. 4. 20. 80 *ἔτει.* 7 *ἀχαιμένει.* 36 *εὔρει.* 96 *ἔθνει.* 103. 177. 211 *πλήθει.* 107. 215 *τείχει.* 117 *μεγάθει.* 137 *πλήρει.* 154 *ἱπποκράτει.* 190 *ἀμεινοκλέει.* 223 *πλήθει.* — 10 *β. ἀρταφέρνει sz.* — 198 *ἡρακλεῖ ABR.* 211 *πλήθει R πλήθεσι ABCd.* 212 *μέρει ABPz.* 216 *ὄρει ABC οὔρεϊ* reliqui. — b) in *AB*: 5. 10 *θ.* 40. 99. 107. 119. 130. 135. 136. 139. 174. 210. 233 bis *βασιλεῖ.* 46 *βραχεῖ.* — in *ABCd*: 32 *βασιλεῖ.* — lib. VIII. a) in *AB*: 20 *πλήθει.* 13. 60 *πελάγει.* 39 *τεμένει.* 120 *τιήρει* (*τριήρει CP*). 127 *γένει.* 144 *κάλλει.* — 90 *ὄρει ABR οὔρει* reliqui. 118 *Ὑδάρνει ABPz*, 135 *ὄρει* A^1*Bs.* — b) in *AB*: 11. 35. 65. 66. 89. 104. 137. 138. 140 bis *βασιλεῖ AB.* 87 *βασιλεῖ* codd. *βασιλῆι z.* 105. 107 *βασιλεῖ R.* — lib. IX. a) in *AB*: 7. 8. 106 *τέλει.* 31. 73 *πλήθει.* 44 *ἄργει* (*ἀργεῖν R*). 75 *σωφάνει.* 101 *πάθει.* 96 *κάλλει* (*κάλλεϊ z*); *μεγέθει.* — 11 *χήτει ABR*𝔡 *χήτι CP.* 76 *θάρσει L.* 118 *τείχει ABR.* — b) 3. 24 *βασιλεῖ AB* — in *A* nunquam, in *B* solo semel contracta forma legitur, in *AB* contra, quod gravissimum mihi esse videtur, centies septuagies ter, unde colligas iam in communi eorum fonte a Steinio *χ* nominato has formas fuisse. praeterea in *Ad* semel contracta forma extat. in codice *C* solo, qui, ut Steinius praef. XXIII exposuit, manu correctoris cuiusdam saepius mutatus est et in quo »Ionismi nitor in vetustis exemplaribus obscuratus reparatus est ut I, 5 *Ἄργεϊ* I,15 *ἀλήθεϊ*«, bis contracta forma legitur; ter e consensu cum huius classis codicibus *AB* solis. — in hoc igitur codice iam secundum legem certam ubique *εϊ* scriptum esse vides; duo exempla contractionis, quae in eo solo extant, librariis tribues, reliqua contra tria veteris lectionis vestigia esse puto. — ad hanc codicum classem praeterea pertinet codex *d* inde a B,134, qui, ut *C* ex exemplari *(v)* per correctoris manus emendato fluxit. contractas formas undecies exhibet cum aliis huius classis codicibus consentiens:

semel cum *A* solo, decies cum *AB* solis.— iam ad alteram classem veniamus. in *P* semel, in *R* solo ter contracta forma extat. — saepius codices utriusque classis de scribendis contractis formis inter se consentiunt: *AB* cum *P* solo duodecies, *AB* cum *R* solo decies quinquies, *AB* cum *d* i. e. pars prior codicis, quae est usque ad B,134, octies, *AB* cum *r* decies quater, *ABd* cum *P* octies, *ABd* cum *r* bis, *ABC* cum *P* semel, *AB*𝔡 cum *R* semel, *AB* cum *Rd* (prior pars) semel, AB^1 cum *s* semel. *ABd* cum *Pr* semel, A^2d cum *PR* semel, *A* cum *P* semel, *B* cum *R* semel, *A* cum *r* semel. ducenties igitur quinquagies quinquies in *AB* aut solis aut cum aliis codicibus consentientibus forma contracta legitur, sexagies novies cum alterius classis codicibus consentientibus, qua re, ne librariis has omnes formas tribuamus, prohibemur. praeterea maximi momenti mihi videtur esse, quod codex *C*, qui, ut Steinius exposuit, saepissime cum *B* et *d* consentit, — correctoris enim *C* commenta non solum in *C* extant, sed etiam plurima transierunt in eum librum, e quo *P* deductus est, permulta etiam in tertium quendam *(v)* unde eius, que dicimus *d*, maior pars h. e. inde a B,134 fluxit — uno solum loco cum *d* de scribenda contracta forma consentit, ceteris quattuor cum *AB*, nunquam solus cum codicibus alterius classis. — quibus rationibus permotus magnum illum contractarum formarum numerum librariis tribuere non possum, immo eas vestigia esse verae lectionis puto, solutas formas corrigendas.

his de usu Herodoti praemissis ad nostros libros transibo. de Syr. dea 32 *ἀτρεκέϊ A.* Arr. Ind. 3 *Ἐρατοσθένεϊ.* 3. 7 *Μεγασθένεϊ.* 4 *μεγέθει AV* Vind. 89. *D* Campb. 4. 11 bis 12 *πλήθεϊ.* 4 *ἔθνεϊ.* 5 *ὄρει* libri. 5. 12 *γένεϊ.* 9 *ἑπταέτεϊ.* 11 *δένδρεϊ.* 12 *βασιλεϊ* libri semper omnes. 13 *ἕρκεϊ* bis. *δίψεϊ.* 14 *μέρει* libri. 16 *μήκεϊ.* 21. 28 *τείχεϊ.* 22 *ψαμμώδεϊ, ῥοώδεϊ.* 34 *ἄχεϊ.* 39 *κήτεϊ,* — 13 *ὀξεῖ* libri. — Abyden. frg. 9 *τείχει.* Euseb. Mynd. 1 *εὐσεβεῖ* libri. 63 *γένει,* contra in eodem fragmento in codicibus est *εὐτυχέϊ* ib. *κάλλεϊ.* ep. Pythagor. *Ἀναξιμένει.* Hippocr. septies decies *εϊ* non contractum est; bis in *ει* contractum: ep. II *Ἱπποκράτει* in mss. 7. XXVII 45 *μέρει CH μοίρῃ* ceteri. — in his igitur libris iuxta solutas formae contractae leguntur. apud Arrianum in dativo stirpium in u̯ exeuntium non extat in libris forma nisi contracta. tamen, cum Herodoti proprium esse putem *εϊ* contrahere, in nostris quoque libris contractas formas restituendas esse mihi persuasum est.

tres concurrunt vocales in dativo vocabuli *Ἡρακλέης*. qui extat in libri Arrianei cp. 8. 36. hoc loco libri solutam *Ἡρακλέϊ*, illo contractam formam *Ἡρακλεῖ* exhibent. *Ἡρακλέϊ* hyphaeresi, quae dicitur, ex *Ἡρακλέεϊ*, *Ἡρακλεῖ* ex *Ἡρακλέϊ* ortum est. *Ἡρακλεῖ* scribendum esse puto. —

§ 18. *εο, εου*.

σ eiecto *ε* cum *ο, ου* concurrit: a) in declinatione vocabulorum in *σ* terminantium. cum omnia exempla afferre longum sit, omnes libri de hac re consentiunt paucaque quae extant contractionis exempla corrigenda sunt. — tamen de substantivis in *κλέης* exeuntibus pauca dicenda sunt: de Syr. dea 3 bis *Ἡρακλέος*. c. 26 *Ἑρμοκλέους*. Arr. Ind. 5 bis in libris *Ἡρακλέος*. bis *Ἡρακλέους*. c. 8 *ἡρακλέους* *L* a priore manu, *ἡρακλέους* ceteri libri. c. 9 ter *Ἡρακλέος*. c. 18 *Ἀγαθοκλέος*. 36 *κλέους* in libris. — Abyden. frg. 9 *Ἡρακλέος*. ut fluctuationem in libris inesse, ita formam genetivi hyphaeresi, quae dicitur, ex *κλέεος* ortam praevalere videmus. — in epistulis Hippocratis forma Attica quater, ut videtur, e codicum consensu extat, semel libri dissentiunt: ep. XXVI 3 quinque mss. formam Ionicam *Ἡρακλέος* servarunt, *A* exhibet *Ἡρακλέως*. Ermerinsius in textu *Ἡρακλέους*. hoc loco certe *Ἡρακλέος* scribendum est et ex hoc loco quattuor alios corrigo. —

b. in participio verbi substantivi *ἐοῦσα, ἐόν, ἐόντος*. in his formis semper *εο* et *εου* soluta manent. —

u eiecto *ε* et *ο, ου* concurrunt in declinatione nominum in eu exeuntium. nunquam in his vocabulis *εο* contrahitur, de qua re Ionica dialectus cum Attica congruit.

deinde *ε* et *ο* concurrunt in genetivo sing. pronominum personalium *ἐγώ* et *σύ* et pronominis indefiniti *ὅστις*. formae *ἐμέο, σέο* et *ἐμεῦ, σεῦ* promiscue leguntur, vulgares *ἐμοῦ* et *σοῦ* sine dubio corrigendae sunt. —

Iam ad declinationem verborum venimus. — de usu titulorum cf. Erman. l. l. § 12. Karsten l. l. § 6. — de usu elegiacorum et iambographorum cf. Renner Stud. I, 1. 179 sq. de usu Herodoti egerunt Dindorfius l. l. XXIX. Abichtius quaest. de dial. Herod.

spec. prim. 1859. Merzdorfius l. l. § 6. L. Spreer l. l. pg. 4. — in libris vocales concurrentes *ε* et *ο* aut *εο* aut *ευ* scribuntur, ut maxima inter viros doctos dissensio existat, utrum *εο*, quod solutam formam, an *ευ*, quod contractam formam exhibere putaverunt, scribendum sit. rectissime Merzdorfius de hac re iudicasse mihi videtur. contendit enim differentiam inter *εο* et *ευ* non tam phoneticam quam orthographicam fuisse, qua ex re eluceat nunquam de vera Herodoti scriptura constare posse cf G. Meyer gr. Gr. 117. 135. prorsus eadem est ratio in concurrentibus vocalibus *ε* et *ου*, quae saepius *ευ* scribuntur. cf. Merzdorf l. l. 169. 170.

videamus quae sit nostrorum librorum scriptura. contractae formae sine ullo dubio corrigendae sunt. sed ratio, quae inter *εο, εου: ευ* in nostris libris intercedit, haec est: de Syria dea 112: 0; vit. auctio 6: 0; de astrol. 49: 0; Arr. Ind. 118: 2; Abyden. frg. 4: 2; Euseb. frg. 4: 0; Euseb. Mynd. frg. 55: 4; ep. Thal. 1: 0; Aret. lib. I. II. 39: 13. — nostrorum quoque librorum usu sententia Merzdorfii demonstratur et firmatur. —

restat, ut pauca de vocabulo *ἑορτή*, quod, e uεuορτή bis eiecto u ortum est, dicam. ter extat in libro de Syria dea: cp. 10 *ἑορταί* in codicibus 49 *ὁρτέων* in *AE*, reliqui *ἑορτέων*. alio loco *E* solus *ὁρτήν*, *A* et reliqui *ἑορτήν*. *ὁρτή* his tribus locis legendum est, quae vocabuli forma etiam in libris Herodoti usu venit. cf. Dindorf l. l. XLI. —

§ 19. *εοι*.

ε et *οι* concurrunt in optativo praesentis verborum in *εω* exeuntium. Merzdorfius l. l. 176 sq. Spreer l. l. 3 apud Herodotum *εοι* in *οι* contractum esse praecedente vocali, ceteris locis solutum manere putant. — catalogus formarum in nostris libris hic est: de Syr. dea cp. 19 *ἀπειθέοι*. c. 26 *λυπέοιτο, λυπεῖτο A*. 46 *δοκέοις*. in omnibus libris soluta forma exhibetur. - Euseb. Mynd. frg. 1 *ἐπιθυμέοιμι, ἐπαρκέοιμι, ἀσκέοιμι, αἰνέοιμι*, contra frg. 1 *κρατοίην, ζητοίην, προθυμοίμην, ἀποστυγοίην*. Hippocr. ep. XVII *ξυνεργοῖμεν*. ib. 16 *ἀπωλοφέοιτο*.—

de adiectivorum in *εος* exeuntium formis et de dativis pluralis stirpium in *ο* exeuntium falso formatis veluti *αὐτέοισι* alio loco dicendum erit.

ε hyphaeresi, quae dicitur, sublatum est ante sequens *οι* in vocabulo *ἔοικα*, quod in Arrianeo solum libro extat. *ε* servatum

est in c. 6 *ἀπέοικε, ἐοικός, ἐοίκασι.* c. 13 *ἔοικεν, ἐπέοικεν.* ep. Pythagor. *ἐοικότα.* Hippocr. epp. X *ἔοικε.* XI 2 *ἐῴκει.* — differentiam igitur inter usum Herodoti et nostrorum librorum esse videmus, Herodotus enim constanter pro *ἔοικα, ἐοικός* usurpavit *οἶκα, οἰκός.* cf. Bredow l. l. 194. —

§ 20. *εω.*

praemitto me de *εω* ex *ᾱο, ᾱω* orto alio loco expositurum, hic contra de *ε* cum *ω* concurrente in eis vocabulis, in quibus totius Graecae linguae proprium est. —

ε et *ω* concurrunt *σ* eiecto: 1) in declinatione stirpium in *σ* exeuntium. in his vocabulis *εω* semper solutum manet.

2) in participio verbi substantivi *ἐών.* semel in libro de Syria dea c. 60, bis in libro Arriani 27. 33 libri formam hyphaeresi ortam *ὤν* praebent. sed his locis pleniorem formam restituendam esse plane intellegitur.

u̯ eiecto : 1) in declinatione stirpium in *εu̯* desinentium *ε* et *ω* concurrunt. nunquam *εω* contrahitur, ut in dialecto Attica.

3) in substantivi *δένδρεον* genetivo pluralis.

j eiecto *ε* et *ω* concurrunt in dativo sing. et genetivo plur. substantivorum *ὀστέον* et *ὀστρέον.*

praeterea *ε* et *ω* concurrunt in genetivo pluralis pronominum personalium *ἐγώ, σύ, οὗ.*

denique *ε* et *ω* concurrunt in declinatione verborum in *εω* exeuntium. in his *εω* nunquam contrahitur. pauca igitur exempla contractionis, quae in libris reperiuntur, corrigenda sunt. —

§ 21. de *ᾱ* cum aliis vocalibus concurrente.

ᾱ productum, si cum sequentibus vocalibus *ο, ε, ι, η* concurrit, in *η* mutatur ita, ut ex *ᾱο ᾱε ᾱι ᾱη* — *ηο ηε ηι ηη* existant. cuius mutationis in nostris libris haec exempla habemus:

ᾱε, ᾱη: in vocabulo *ἠήρ* et eius casibus obliquis. *ἠήρ* Aret. 260. Hipp. *ΠΑ.* 6 bis 10. 22. 26. — *ἠέρος* vit. auct. 4. de astr. 6. 21. Hipp. epist. XVI 5. Aret. 13. 25. 26. 41. 177. Hipp. *N.* 3 *ἠέρος, ἀέρος C.* — *ἀέρος,* quod extat in Hipp. ep. XXVII 34 sine dubio corrigendum est. *ἠέρι* Aret. 264. Hipp. *ΠΑ.* 6. 22.— *ἠέρα* Syr. 6 de astrol. 8 (*ἠέρα, ἀέρα C*). Hipp. epp. XVII 42 XVIII

2. Aret. 19. 55. 105. 250. 264. Hipp. *ΠΑ.* 10. — *ἠερίων* de astrol. 26. —

ᾱε: *πρηέα* de astrol. 29. u̯ exploso in *ᾱέλιος* ex *ἀu̯έλιος*: *ἠέλιος* Syr. 29. 34 ter. de astr. 3. 6 ter. 12 bis. 17. 19 ter. 22. in libro Arriani non legitur forma nisi *ἥλιος* cf. cp. 11 bis. — de usu elegiacorum cf. Renner l. l. I,2. 188, de usu Herodoti Dindorf l. l. XXXVI. — *ἠέλιος* est forma epica, quam ex imitatione epicae dialecti Lucianus usurpavit. —

ᾱι: in *ῥηΐδιος* de Syr. 20 de astr. 21.

ᾱο: in *νηός* de Syr. 1. 2. 3. 4 bis 10 ter. 13 quater. 14. 16 bis. 17 bis. 19 bis. 21. 26 bis. 27. 29. 30 quater. 31 bis. 32. 34. 39 bis. 48. 50 bis. — forma *νηός* in libris quoque Herodoti invenitur, sed Merzdorfius in comm. de dial. Herod. eam ex vetustiore Iade servatam Herodoteaeque dialecto minime esse aptam demonstrat, cum iam forma *λεώς* inveniatur et transitus *ηο* in *εω* multo ante Herodotum factus sit. equidem, ut concedo in textu Herodoteo *νεώς* scribendum, ita in Lucianeo *νηός* servandum esse puto, cum et codices de hac forma scribenda ubique consentiant, et Lucianus eam non ex dialecto Herodoti sed ex Homerica mutuatus esse mihi videatur.

hoc uno excepto vocabulo *ᾱ* ante sequens *ο* vel *ω* in *ε* attenuatur productione progrediente. concurrunt *ᾱ* et *ο, ω* in genetivo sg. et pl. stirpium in *ᾱ* exeuntium. *ᾱο* et *ᾱων* in *εω* et *εων* mutantur. —

gen. sg. in Lucianeis libris non extat terminatio nisi *εω*, contra Attica forma, quae Arr. Ind. novies, Euseb. Mynd. semel, Hipp. epist. bis legitur, sine ullo dubio corrigenda est. sed in hac correctione oritur quaestio, utrum in vocabulis *βορέας, Κλεινίας, Ἀρχίας ε* terminationis ante vocales *ε, ι* servetur necne. in libris Luciani de Syria dea 38, de astrol. 20 bis, in frg. 63 Eusebii Myndii, quin etiam in Arrianeo ipso libro exemplum eiusmodi concursus trium vocalium *εεω* extat *Ἑρμέω,* de quo scribendo nulla in libris dissensio esse videtur. hoc certe ex *Ἑρμείεω, Ἑρμέεω* ortum deinde hyphaeresi in *Ἑρμέω* mutatum est. qua de causa *βορέω,* non, ut Eberhardus, *βορέεω* scribendum esse puto. cum in libris nostris nullum exemplum concursus vocalium *ιεω* extet nisi in Uranii frg. 12 *κοχλίεω,* ad Herodotum et titulos nobis recurrendum erit. in titulis haec invenimus exempla (cf. Erman l. l. § 13. Karsten l. l.

§ 8) *Παναμύω* (21, 12), *Πακτύω*, *Πακτίω* (28), *Χαιρίω* (*K.* 13), *Ἀσίω* (*K.* 15. c. 25) etc. quibus exemplis obstat in titulo Chio (*K.* 18) forma *Ἑρμίεω*.[1]) quae praecedente vocali solutam genetivi terminationem praebet. Merzdorfius l. l. 172, cum codices tanta constantia pleniores formas habeant, Herodoto solutas tribuendas esse putat, ut *Κλεινίου* et *Ἀρχίου* in *Κλεινίεω* et *Ἀρχίεω* mutanda sint. sed nondum mihi satis persuasum est Iones has tres concurrentes vocales *ιεω* tolerare potuisse. nam valde cavendum est, ne plus illi uni formae tituli Chii tribuamus, praesertim cum de aetate eius non constet. —

gen. plur. exempla afferre, cum tanta sit eorum multitudo, supervacaneum est. exempla vulgarem formam exhibentia librariorum neglegentiae tribuenda sunt. si vocalis coniunctionem vocalium *εω* praecedit, idem valet, quod supra de gen. sing. exposui. de Syr. 36. Arr. Ind. 11. 20 *ὡραίων* a. l. —

§ 22. de *α* brevi cum vocalibus concurrente.

in hac quaestione difficillima *α* cum *α*, *ε*, *ει* concurrens ab *α* cum *ο*, *ου*, *ω* concurrente nobis distinguendum est. primum igitur catalogum formarum, in quibus *αε*. *αει* extant, afferam.

γελάω: Hipp. ep. X *γελᾷ* *C* (E) *γελῇ* *b*. XIV 3 *γελᾷ* Parr. 4 *γελῇ* vulg. XIV 7 *γελῇς* *b* *γελᾷς* (E). XVII 18 *γελῇς* *Cb* *γελᾷς* (E) *καταγελᾷς* cod. *χ*. ib. 21 *γελῇς* *b* *γελᾷς* (E). ib. *καταγελῇς* *C b* *καταγελᾷς* (E). ib. 31 *καταγελῇ* *C* *καταγελῆται* vulg.] *καταγελᾷ* codd. 5 (E). XIV 4 *γελᾶν* mss. 7 *γελῆν* vulg. XVII 45 *γελᾶν* codd. 3 (E). *γελῆν* vulg.

ἰάομαι; de Syr. 20 *ἰῆτο*. Arr. Ind. 15 *ἰῆσθαι*. Hippocr. ep. II *ἰᾶται* mss. 6 *ἰῆται* in cett. (E). XI 10 *ἰᾶσθαι*.

ὁράω; vit. auct. 4 *ὁρᾷς* *A*. Arr. Ind. 36 *ὁρᾷς*. Hipp. epist. XIV 6 *ὁρῇς*. XVII 9 *ὁρᾷς* mss. 3 *ὁρῇς* (E). ib. 13 *ὁρᾷς* codd. 8 *ὁρῇς* (E). ib. 16 *ὁρᾷς* mss. 3 *ὁρῇς* (E). ib. 46 *ὁρᾷς* mss. 2 *ὁρῇς* (E). ib. 47 *ὁρᾷς* mss. 2 *ὁρῇς* (E). — de Syr. 31. 32. 48 *ὁρῇ*. 29 *ὁρέει* *A*. Arr. Ind. 8 *περιορᾶν*. 37 *ὁρᾶν*. 39 *καθορᾶν* libri. Hipp. epist. XV 2 *ὁρῆν*, ut videtur, in libris. XVII 48 *ὁρᾶν* codd. 2

[1]) accedit in titulo Naxio Bechtel no. 27 *Μυχιέων*. de hac forma et *Ἑρμίεω* idem in adnotatione ad hunc titulum disputavit. —

ὁρῆν (E). — Arr. Ind. 35 *καθεώρα* libri. de astrol. 21 *ὁρέεσθαι* *ETV*. Hipp. ep. XVII 33 *προσορῆσθαι*.

praeterea contractae formae leguntur: Arr. Ind. 31 *ἐμβοᾶν*.— 16 *ἐᾷ*. — vit. 15 *ἐρωτᾷς*. Arr. Ind. 35 *ἀνηρώτα*, *ἐπ-* *MBC*. — Arr. Ind. 38 *θηρᾶσθαι*. — Arr. Ind. 7 *κομᾶν*. — Arr. Ind. 21 *νικᾷ*. 32 *ἐνίκα*. Euseb. Mynd. frg. 1. 3. 4 *νικᾶν*. — Arr. Ind. 18 *ὡρμᾶτο*. — Arr. Ind. 15 *ἐπιπηδᾶν*.—Euseb. Mynd. frg. 1 *σιγᾶν*.— Ind. 11 *σιωπᾶν*. — Euseb. Mynd. frg. 49 *ἐπιτιμᾷς*. 21. 48 *ἐπιτιμᾶν*. — Arr. Ind. 15 *φοιτᾶν*. — Arr. Ind. 30 *ἀναφυσᾷ*. —

his quas attuli formis satis dilucide demonstratur *αε* et *αει* semper in $\bar{\alpha}$, quod in *η* mutari non potest, contrahi paucaque nobis falso tradita exempla corrigenda esse. eandem legem apud Herodotum valere videmus, cf. Merzdorf l. l. p. 207 sqq. medicorum quoque libri nihil a nostris differunt: Hippocr. *ΠΚ*. *E* I. *E* III. *ΠΑ*. *ΠΑΟ* exceptis verbis *διψῆν* et *χρῆσθαι* nulla alia forma invenitur nisi in *α* contracta. in *ΠΤΚ*. bis 23 *μυδῇ* et 30 *ἰῆσθαι* in *η* contracta, undetricies contra in *α* contracta forma legitur. in *Π* sexies haec, semel illa 42 *πειρῆσθαι*, sed in *f g* *πειρᾶσθαι*. nescio igitur, quo iure Merzdorfius in adnotatione ad p. 209 contenderit scriptores Iones non eandem sequi normam atque Herodotum, cum in libris Hippocratis formae per *η* scriptae multo magis usu venirent.

servatur contra *α* ante *ε* et *ει* in initio verborum, si inter vocales posteriore demum tempore spirans quaedam eiecta est. in libris nostris haec exempla invenimus: *ἀέκων*: de Syr. 25 *ἀέκοντες*. 54 *ἀεκουσίῃ*. *ἀείρω*: de Syr 36 *ἀείρουσιν*. ib. *ἀείρωσι*. 52 *ἀείραντες* *A*. de astr. 11 *ἀείρεται* ib. 15 *ἀερθείς*. Abyden. frg. 5 *ἀείρειν*. Euseb. Mynd. 1 *ἀερθείην*. 9 *ἀείρει*. 33 *ἀειρόντων*. *φαείνω*: de Syr. 32 *φαείνεται*. *ἀείδω*: de Syr. 3. 44. 50 *ἀείδουσιν*. 29 *ἀείδει*. 44 *ἀείδοντες*. de astr. 10 *ἀείδοντι*. *ἀεικής*: de Syr. 29 *ἀεικέα*. 25 *ἀεικέλιος*. — in ceteris libris ubique contracta forma invenitur, contra in libris medicorum nonnullis locis soluta forma legitur: Aret 51. *ἐξεφαάνθη*. 58 *ἀεκουσίου*. 216. 224 *ἀείρεται*. 132 *ἐξαείρεται* *H* *ἐξαήρεται* *GV*. 265 *ἀείροντα*. Hipp. *ΠΤΚ*. 13 *ἀέκων*. — Herodotum plenioribus formis usum esse satis constat. cf. Merzdorf l. l. 186. 187. —

α cum $\bar{\alpha}$ producto concurrit in tertia persona perfect. plur. verbi *ἵστημι*. de Syr. 28 *ἑστᾶσι* *A*. $\breve{\alpha}\bar{\alpha}$ igitur contractum esse in $\bar{\alpha}$ videmus, quod Merzdorfius Herodoto quoque tribuit. l. l. 206.

restat, ut de *α* cum *ο*, *ου*, *οι*, *ω* concurrente agamus. formarum catalogus hic est:

αἰτιάω. Aret. 170 *αἰτιῶνται. ΠΑ.* 29 *ἐπαιτιῶνται.*

ἀλάομαι. Abyden. 9 *ἀλώμενον.*

ἀρτάω. Hipp. ep. XX 1 *προσαρτῶσι b* sec. ma.

βιάομαι. de Syr. 18 *βιώμενος.* Euseb. 342, 3 *βιωμένους.*

βοάω. Arr. 33 *βοῶντες.* Aret. 83 *βοῶσι.*

γαυριάω. Hipp. ep. XVII 50 *γαυριῶντες.*

γελάω. Hipp. epp. XVII 25. 29 *γελῶ.* X XIV 3 XVII 20 *γελῶν.* XIV 5 *γελῶντος* Aret. 80 *γελῶσι.*

γεννάω. Aret. 288 *γεννῶνται.*

δαπανάω. Hipp. ep XXVII 41 *κατεδαπάνων* (E). Euseb. Mynd. 6 *δαπανοῖεν.*

διαιτάω. Aret. 321 *ἐνδιαιτώμενος. ΠΑΟ.* 14 *διαιτῴη.* 60 *διαιτωμένοισι* mutatum alia manu in *διαιτεομένοισι* in 2165. de Syr. 26 *διαιτέοντο.*

διψάω. de astr. 24 *διψῶσαν.* Aret. 134 *διψῶντες. E* I. 18 *ἐδίψων* vulg.

ἐάω. Aret. 13. 14 *ἐῶσι.* 28 *εἴων.*

ἐράω. Euseb. Mynd. 1 *ἐρῴην.* Hipp. ep. XVII 27 bis *ἐρῶσι.* 31 *ἐρώντων.*

ἐρευνάω. Hipp. epist. XVII 26 *ἐρευνῶντες. ΠΑ.* 2 *ἐρευνώμενος.*

ἐρυθριάω. Aret. 16 *ἐρυθριῶσι.*

ἐρωτάω. Arr. 33 *ἐπηρώτων.*

ζάω. *ΠΚ.* 401 *ζῶσι. ΠΤΚ.* 24 *ζῶντος.*

ἡβάω. *ΠΑ.* 4 *ἡβῶσι.*

θεάομαι. Aret. 91 *θεωμένοισι.*

θηράω. Arr. 15 *θηρῶνται.* 21 *ἐθήρων.*—Arr. 13 *θηρέουσι.*

ἰάομαι. Arr. 15 *ἰῶντο.* Hipp. epp. XI 8 *ἰῴμην.* XV 8 *ἰώμενος.* Aret. 124 *ἰῶνται G ἶηνται HVG.* v. l. *ΠΑ.* 29 *ἰῶνται.*

κλάω. Hipp. ep. XIII 6 *ἐπικλώμενον. ΠΚ.* 251 *κατακλώμενοι.*

κομάω. Arr. 34. 35 *κομόωντες.*

κτᾶσθαι. Euseb. Mynd. 15 *κτώμενα.* 24 *ἐπικτώμενον* bis.

κυκάω. Hipp. ep. XVII 49 *κυκῶντες, κυκέοντες H σ b.*

καυκαλάω. Aret. 167 *καυκαλῶσαι.*

κοιμάω. *ΠΚ.*497 *κοιμώμενος. Π.* 7 *κοιμῶνται w κοιμῶντο f.* 446. 38 *κοιμῶνται.*

λιθιάω. *ΠΚ.* 73. 472 *λιθιῶντες. ΠΑ.* 12 *λιθιῶσι.* 13 *λιθιῶντα.* ib. *λιθιῶντες. O. λιθιῶντας.*

μειδιάω. Hipp. ep. XVIII 4 *μειδιῶντα.* Aret. 4 *μειδιῶσα.* 94 *μειδιῶσι.*

μελαγχολάω. Hipp. ep. XII 2 *μελαγχολῶσι* mss. 6 (E.) Aret. 75 *μελαγχολῶσι HV -οῦσι H.* ib. bis. 321 *μελαγχολῶσι.* 83 *μελαγχολώντων.*

μυδάω. *ΠΤΚ.* 23 *μυδῶσαν.*

νικάω. Euseb. Mynd. frg. 1 *νικῴην.* 4 *νικῶντες.* Hipp. ep. XVII 30 *νικῶνται.*

in libro de Syria dea septies decies σύν legitur, bis contra in textu editionis Iacobitzianae ξύν: 28 ξυμφορῆς. 32 ξύμπαντα. de astrol. ter extat vulgaris forma σύν. — in libro Arriani quadragies septies σύν, decies ξύν legitur. uno loco c. 43 συγγραφῇ *VM* Vind. 89 alii ξυγγραφῇ *AL* ed. Vulc. alii. codices de scribenda forma inter se dissentiunt. — in Eusebii fragmentis quater extat σύν, semel p. 344 ξυνήγοντο legitur. — in ep. Thal. β σύν. -- permultum a nostris scriptoribus medicorum libri et epistulae Hippocratis differunt. in his enim sine dubio ξύν longe praevalet. in libris Aretaei exempli causa centies septies ξύν, decies σύν legitur. in O quater ξύν, semel in cod. *C* σύν, semel in *N* quoque legitur σύν. in ceteris scriptis nullum exemplum formae σύν extare videtur. Eadem est res in epistulis Hippocratis. —

Caput VIII.

§ 35. de nominum declinatione.

I. stirpes in α exeuntes. de elegiacorum et iambographorum usu cf. Renner Stud. I 1, 200 sq. — de titulorum usu cf. Dindorf l. l. XI sq.

in genetivo singulari masculinorum in ης exeuntium et in genetivo pluralis totius in α declinationis Iones terminationes

εω et εων, quae ex αο et αων ortae sunt, usurpaverunt. η in his formis ante vocalem correptum est. cf. § 21.

Herodotus nulla alia terminatione dativi pluralis utitur nisi ῃσι, de qua adhibenda codices quoque librorum Lucianeorum consentiunt. maxima autem fluctuatio est in Arriani libro. quinquagies semel enim Ionica terminatio extat. contra ex omnium codicum consensu extat αις: c. 4 quater. 13. 23 bis. 24 quater. 42. 43 bis; ῃσι et αις: 21 τῇσιν *A* ταῖς Flor. alt. Campb. τῇ *VM* Vind. 89. 27. κωμήτῃσιν *AMBC* alii. — αισι: 5 Σίβαισιν libri. 14 ᾠδαῖσι libri. 40 Πέρσαισι *AV* Περσαίοις *L* περσεσι Vind. 89 alii. tamen ubique terminationem ῃσι restituendam esse puto. — in Abydeni fragmentis sexies Ionica forma extat: frg. 1 αὐτῇσιν, τῇσι, τρίτῃσιν frg. 9 πέτρῃσι, χαράδρῃσι, ἡμέρῃσι. — in Eusebii Myndii frg. nulla Ionica forma dativi invenitur. quater decies contra vulgaris, semel epica in αισι. — in ep. Pherecyd. οἰκιήτῃσι ep. Pythag. αὐτῇσι. in epp. Hippocratis quadragies septies Ionica forma in ῃσι exiens, ut videtur, e codicum consensu legitur. eo magis mirandum est, quod Ermerinsius in editione sua decies vulgarem formam in αις exeuntem servavit, praesertim cum vulgarem codicum lectionem ep. XVII 31 ταῖς τέχναις et epicam ep. XXVII 24 Πέρσαισι rectissime in τῇσι τέχνῃσι et Πέρσῃσι mutaverit. Medicorum libri nihil differunt. — notabiles sunt formae Aret. 68 πολλῇς et Hippocr. epist. XVII 25 ἐπιθυμίῃς, quod in sex mss. servatum est. de his formis cf. Osthoff, Morphologische Untersuchungen II, 67 sq. —

acc. sing. masc. ut in Herodoti libris (cf. Dindorfius l. l, XII), ita in nostris saepius masculina in ης, quorum stirps in $\bar{\alpha}$ exit, declinationem vocabulorum, quorum stirps in σ exit, in accusativo sequuntur. cuius mutationis exempla invenimus haec: de Syria dea 15 Ἄττεα ib. 25 δεσπότεα. Arr. Ind. 3. 19 Ὑδάσπεα. 4, 2 Γάγγεα. 5 Σκύθεα. Dindorfius hanc terminationem locum non habere nisi in nominibus propriis putat, unde in alia nomina falso fluxerit. qua de causa has formas ut δεσπότεα et in Herodoti libris et in Lucianeis corrigendas esse. Ad hanc sententiam Dindorfius analogia dialecti Atticae ductus pervenit, in qua nomina propria, quorum stirps in σ exit, contraria ratione in declinationem stirpium in η desinentium transeunt. Accedit, quod rarissime aliorum vocabulorum accusativi in εα terminantur. in Luciani libris hoc unum exemplum δεσπότεα extat, in Arr. Ind.

nullum, pauca in Herodoto. his rationibus motus *δεσπότεα* cum Dindorfio in *δεσπότην* mutandum esse puto. —

II. stirpes in *ο* exeuntes. haec nominum declinatio una tantum forma ab Attica dialecto differt, dativi pluralis forma in *οισι* exeuntis pro *οις*. — in Lucianeis libris terminatio *οισι* ita praevalet, ut pauca *οις* exhibentia exempla corrigenda sint. — Arr. Ind. centies quadragies ter Ionica, tricies quinquies vulgaris forma legitur. Notandum est codicibus de scribenda forma dissentientibus codicem *A* semper praebere Ionicam formam: 11 *τοῖσι* *A* *τοῖς* ceteri. 22 *μεγάλοισιν* *A* Trinc. *μεγάλοις* ceteri. 24 *αὐτοῖσι* *A* Vind. 89 *CD* *αὐτῇσι* *VLM* cet. *αὐταῖς* Suidas. 29 *πολλοῖσι* *A* Vulc. *πολλοῖς* ceteri. 36 *πρώτοισιν* *AVL* *πρώτοις* ceteri. 42 *πετάλοισι* *A* *πασσάλοις* *VL* alii *πασσάλοισι* *M* Vulc. *πασάλοισι* *C* Trinc. *πάσαλοι* Vind. 89. eodem modo in fragmentis Cephalionis, Abydeni, Eusebii, Asinii, Eusebii Myndii, epp. Hippocratis formae vulgares et Ionicae promiscue leguntur, tamen in universum hae praevalent. in nona epistula Hipp. quinquies forma in *οις* exiens recte invenitur, cum Dorica dialecto epistula composita esse videatur. — Nihil medicorum libri differunt, nam in eis quoque praeter Ionicas formae vulgares inveniuntur, quae, ubi in codicibus extant, corrigendae sunt.—Articuli quoque, qui dicitur, dativum plur., quamquam saepius in nostris libris in *οις* exit, tamen semper in *οισι* exisse puto.—in Aretaei libris mira constantia scribitur *τοῖσδε*: p. 2. 5. 39. 108. 127. 130. 139. 142. 218. 220. 227. 237. 238. 267. 271. 272. 277. 279. 302. 311. 312. 319. 320. 321. 325. 332. 334. 337. 339.

notandus est genetivus sing. in *οιο* exiens *ἀπρήκτοιο* de Syr. 22; fortasse haec verba *ἔρωτος ἀπρήκτοιο* originem ducunt ex poeta aliquo Ionico.

III. stirpes in *εο* et *οο* exeuntes. de harum stirpium declinatione nihil iam dicendum est. nam cum differentiae, quae inter Ionicam et Atticam dialectum intercedunt, varia ratione contractionis efficiantur, de qua supra uberius egi, nihil, quod explicem reliquum est.

IV. Denique hoc loco dicendum est de nonnullis formis, quae saepius in nostris libris inveniuntur. — Ionicam dialectum in genetivo sg. masculinorum in *ης* exeuntium et in genetivo plur. totius in *α* declinationis *ᾱο* et *ᾱων* in *εω* et *εων* mutare supra exposui,

ut in harum stirpium flexione *ε* existeret. quod *ε* ex his casibus librariorum vel grammaticorum imperitia falsissime in ceteros quoque casus huius declinationis tralatum est, saepissime in pronominibus *αὐτὸς* et *οὗτος*, rarius in aliis vocabulis. exempla extant in Abyden. frg. 1 *ἡμερέῃ*. Aret. 11 *ταυτέης*. 15. 28 *αὐτέῃ* aliis locis. Hippocr. *N.* 1 *αὐτέης*. 4 *αὐτέης* Lit. *αὐτῆς* *C* *αὐτέοισι* *EHIKO*. 4 *αὐτέην* Lit., *αὐτήν* *C*. — Alia via ex genetivo plur. fem. *ε* in genetivum plur. masculinorum in *ο* exeuntium, inde in alios casus huius declinationis fluxit: *τουτέων* masc. et neutr. de Syr. 21. 27. 28. 52. de astrol. 3. 6. 9. 10 bis. Aret. 1. 14. 24. 31. 35. 38. 45. 47. 59 a. l. — *αὐτέων*: de Syr. 25. 27. 53. vit. auct. 14. de astr. 17. 20. 27. Aret. 55. a. l.—*τουτέου* de Syr. 48. Aret. 21. 27 a. l.— *αὐτέου* Aret. 5. 21. 25 bis. 39. 40. 41. 48. 51. 68 a. l.— *ἑωυτέου* Aret. 20.—*αὐτέῳ* de astr. 19, sed in *V* *αὐτῶν*. Aret. 48.—*αὐτέους* Aret. 42. 70 a. l.—*τουτέοισιν* de Syr. 18. 28 in codd. omnibus. 53 in *A* solo. vit. auct. 4 bis. Aret. 2, 9. 18. 36. 46. 50 a. l.— *αὐτέοισι* de Syr. 35. 54 bis. vit. auct. 13. de astr. 3 bis. 4. 23. 27. Aret. 7. 11. 16. 25. 29. 46 a. l. Hippocr. *N.* 4 (*αὐτέοισι* in *EHIKO* *αὐτῆς* *C*). *Π.* 15 (*αὐτέοισι* in *fbv* 2143. — *ἑωυτέοισι* Aret. 3. a. l. — *δισσέοισι* Aret. 16. — sed non solum in vocales, sed etiam in consonantes exeuntibus stirpibus *ε* male insertum est: de astr. 5 *μηνέων* bis. —

V. stirpes in *ι* exeuntes. *πόλις, πόλιος, πόλι, πόλιν, πόλιες, πολίων, πόλισι, πόλιας* formae solum apud iambographos, elegiacos Ionicos, Herodotum valent. cf. Renner Stud. I 1, 220 sqq. Dindorf l. l. XV.

genetiv. sing. in libro de Syria dea codices ubique formam Ionicam *ιος* exhibent uno excepto loco, ubi *E* solus c. 39 *Σεμιράμεως* habet. contra in libro de astrol. de nulla fere forma codices consentiunt. c. 3 *οἰκήσιος* *C* *οἰκήσιως* *E* *οἰκήσεως* reliqui. 5 *κινήσεως*. 17 *κινήσιος* *C* *κινήσεος* reliqui. ib. *δυνάμιος* *CE* *δυνάμεος* reliqui. — Arr. Ind. *πόλιος* 27. 28. *Ὑφάσιος* 2. 4 bis. 6. *ὁπλίσιος* 16. *Ἀράβιος* 21. 22 bis. 23. *δύσιος* 32. — semel 18 *Ἀμφιπόλεως* vulgaris forma. varia est lectio: 15 *τίγριος* Vulc. *τίγρηος* omnes ceteri libri. ib. *ὄφεος* *M* *ὄφεως* cett. lib. — Abyden. frg. 9 *πόλιος*. — Euseb. 344 *ἀφηγήσιος* ib. *ἄρδιος*, contra 342 *πόλεως*. — Euseb. Mynd. 19, 2 *φύσιος*. 35. 53 *πόλιος*. 33 *ἀσκήσιος*. 39 *ὕβριος*. 58 *ζητήσιος*. contra frg. 40 codices *πόλεως*

exhibent.— in epp. Hippocr. tricies quinquies Ionica forma extat, codices inter se dissentiunt: II *φύσιος CH φύσεως* vulg. — *πόλιος Hb πόλεως* vulg. XXVII 27 *πόλιος C πόλεως* cett. — si omnia, quae attuli, exempla uno conspectu complectimur, formam Ionicam in libris longe praevalere intellegimus. nostro igitur iure Atticas vel epicas formas corrigimus. — nihil medicorum libri a nostris differunt.

nomin. plur in *ιες*. accus. plur. in *ιας* exit. in libris de Syr. dea, de astrol., in frgg. Euseb. Mynd., ep. Pythagor., epp. Hippocr. non legitur forma nisi Ionica. in Arr. Ind. et medicorum libris vulgares formae praeter Ionicas extant. notabiles autem sunt formae, quae in Arr. Ind. inveniuntur, in *ηες, ηας* exeuntes: Arr. Ind. c. 8 *πόληες*. 11 *πόληας* »codices nostri«, ut Eberhardus adnotat. 12 *A* et Vulc. exceptis, in quibus *πόλιας*, ceteri *πόληας*. ib. Vulc. *πόλιας*, ceteri, in quorum numero *A* quoque esse videtur, *πόληας*. 40 praeter *A* Vulc. libri *πόληας*. semel extat 15 *ὄφεας*.

Restat, ut d e d a t i v o s g., g e n e t i v o e t d a t i v o p l u r. pauca dicam. mirum enim in modum in eis vulgares formas in nostris libris praevalere videmus: de Syr. 1. 10. 13. 19. 21. 22. 56. 60 *πόλει*. 6 *πρήσει*, novies igitur in textu Iacobitzianae editionis vulgaris dativi forma extat, quam, cum nihil in apparatu critico adnotatum sit, in codicibus quoque legi accipio. — de astrol. 20 *βουλήσει*. — Arr. Ind. 1 *πόλει*. 18 *Ἀμφιπόλει*. 34 *ὄψει*. 39 *τάξει* in libris, contra 4 *ἐπικλήσι*. 10 *πόλι*. — Abyden. frg. 1 *Ἡλιουπόλει*. — Euseb. 345 bis *πόλει*. — Euseb. Mynd. 20. 39 *πόλει*. 38 *τάξει*. 46. 48 *κρίσει*; semel Ionica forma frg. 16 *κτήσι*. — quamquam mira librorum consensione vulgares formae extant, tamen eas retinendas esse nemo putabit. inveniuntur enim formae si paucae, at tamen inveniuntur Ionicae, quae librariis tribui non possunt. praeterea et in Herodoti libris et in medicis Ionica huius casus terminatio sola valet. omnes locos, in quibus legitur, enumerare longum est, vulgaris in perpaucis extat. cum medicorum libris epp. Hippocr. consentiunt. denique cum alii casus, genet. sg., nomin. pl., accus. pl. rectissime in libris exhiberentur, hic unus casus, si in modum vulgaris dialecti formatus esset, toti indoli declinationis harum stirpium obstaret; et vix credendum est nostrorum librorum auctores hunc casum in modum Atticae dialecti, in modum Ionicae dialecti ceteros finxisse.

g e n. p l u r. de astrol. 23 *μάντεων*. Arr. Ind. 10 *πόλεων* in

libris. epp. Hippocr. X. XXVI 1. 2. XXVII 11. 38 *πολίων*. I *πρηξίων*. — d a t. p l u r. Arr. Ind. 7 *πόλησι A πόλησιν L πόλεσιν VM* ceteri. 11 *πόλεσιν* in omnibus libris. — Euseb. Mynd. 3 *συζητήσεσι*. — cum tam exiguus sit numerus exemplorum, praeterea de nonnullorum formis codices inter se dissentiant, scriptores Atticam terminationem in his casibus usurpasse eis non demonstratur. immo analogia ceterorum casuum ductus omnibus locis Ionicam formam restituendam esse puto. —

VI. s t i r p e s i n *υ* e x e u n t e s. de harum stirpium flexione mirum in modum et Lucianei et Arrianeus liber ita inter se consentiunt, ut nihil iam dicendum sit. satis est pauca exempla attulisse: *ἰχθύος* de Syr. 14 bis. *ἰχθύν* Arr. Ind. 31. *ἰχθύες* de Syr. 45. Arr. Ind. 29 bis. 30. *ἰχθύων* de Syr. 14. 47. Arr. Ind. 22. 24. 29 sexies. 31. 37. *ἰχθύας* de astrol. 7 bis. Arr. Ind. 6. 24. 26. 29 ter. 31. —

VII. s t i r p e s i n *ε*u̯ e x e u n t e s. et substantiva veluti *πῆχυς* et adiectiva veluti *τρηχύς, θῆλυς* alia invenimus. in nominativo et accusativo sing. cum stirpibus in *υ* exeuntibus consentiunt (Arr. Ind. 39 *πῆχυν*. de Syr. 29 *τρηχύ*. de astrol. 11 *θῆλυν*. Arr. Ind. 24 *ὀξύ*), in reliquis casibus ab eis discrepant. in his enim u̯ eiecto *ε* cum sequentibus terminationum vocalibus concurrit. quomodo hae concurrentes vocales tractarentur, iam supra exposui, ut satis esset ad illud caput V p. 30 sqq., in quo de vocalium contractione agitur, ablegasse.

ad hanc classem substantiva quoque bi- et trisyllaba in *ευς* exeuntia pertinent. — formae in *ηος, ηα, ηων, ηας* exeuntes his locis extant: de Syr. 4 *βασιλέως E βασιλῆος* ceteri. 17 *βασιλήος E βασιλῆος* ceteri. 20 *βασιλέα E βασιλῆα* ceteri, ut videtur. de his formis haec fere dicenda sunt. ex formis in *ε*u̯ eiecto u̯ productione suppletoria formae *η* exhibentes ortae sunt, quibus Homerus plurimis locis utitur. sed cum dialectus recentior Ionica a coniunctis *η* et aliis vocalibus abhorreret, *η* in *ε* correptum est, qua de causa Herodotus formas nisi breve *ε* exhibentes non usurpat. in Luciani igitur codicibus recentioris et vetustioris Iadis formae promiscue adhibentur. fortasse utraque forma retinenda est, cum mea sententia non solum Herodoti, sed etiam Homeri dialectum in componendis libris Lucianus imitatus sit. — praeterea epicae hae formae leguntur in epp. Hippocr. XIII 5 *γονῆας* in *b*, *γονέας* ut videtur, in ceteris libris (E). XVII 28 *βασιλῆας* mss. 4 *βασιλέας* cett. (E). ib. 29

τοκήων (E) *τοκέων* mss. 5. XXVII 31 *βασιλῆες*, ut videtur, vulg. (E). — Aret. 44 *ἀνοχῆας*. 63 *ὀχῆες G ἀνοχῆες HF ἀνώχιες VA*. 166 *ὀχῆες*. — apud Arrianum nulla epica forma, Attica autem saepius invenitur: c. 5 *Προμηθέως* et 15 bis *βασιλέως* omnes libri exhibent, semel contra 28 *ἑρμηνέος* formam Ionicam. praeterea leguntur c. 12 *νομέως* in libris *M* excepto, qui habet *νομέος*. 34 *βασιλέος* hic adnotatum est: »libri aut siglam, quae et *εως* et *εος* significat, aut *βασιλέως* habent«. 38 *βασιλέος AL*, ut videtur, *βασιλέως* ceteri. hic est formarum catalogus. tantam esse fluctuationem librorum videmus, ut nihil certi inveniri possit. apud Herodotum quoque librarii plurimis locis a legitima forma aberraverunt, rarius ad Atticam, saepissime ad epicam. correxit autem eas Struvius eumque omnes auctores secuti sunt. itaque cum genetivum sg. in recentiore Iade in *εος* exisse satis demonstratum sit, has formas in Arrianeo libro editores rectissime restituerunt. —

denique hoc loco adiectivum *πολύς* commemorandum est, quod in Attica dialecto nominativo et accusativo masc. et neutr. sg. exceptis in flexionem stirpium in *ο* exeuntium transiit, in Ionica dialecto in omnibus casibus. itaque Herodotus solis *πολλός, πολλόν* formis utitur, quarum Dindorfius l. l. XLII tantam apud eum esse exemplorum copiam exposuit, ut non difficile intellectu esset paucos quosdam locos, in quibus libri *πολύς* vel *πολύ* praeberent, ad ceterorum exemplum esse refingendos. eadem in libris nostris res est. Atticae formae extant: *πολύ* de Syr. 3. Arr. Ind. 4. 8. 29. 40; Ionicae: *πολλός:* de Syr. 25. Arr. Ind. 5 bis. 26. *πολλόν:* de Syr. 1. 8. 12 ter. 13. 15. 21. 28 bis. 30. 32. 45. 46 (*AV*). de astr. 11. 19. 21 bis. Euseb. Mynd. frg. 63. — quinque illos locos corrigendos esse vix aliquem esse puto, quin intellegat. permultum ab horum librorum usu scripta medicorum differunt, id quod iam ex hoc formarum indice intellegere potes.

A r e t: *πολλόν* 24. 27 ter. 30. 32 bis. 35 bis. 36. 47. 48. 55 bis. 57. 59. 64. *π ο λ ύ:* 35. 45 bis. 55. 61. 76. 122. 128 (in codd. *GHV*) 129. 146. 259. *π ο λ ύ ς:* 305. *π ο υ λ ύ:* 45. 79. *π ο υ λ ύ ς:* 40. 42 bis. 50. 65. 67. 70. 110. 128. 152. 265. 305. *π ο υ λ ύ ν:* 100. 127. ut iam saepius, ita in hac quoque re miram quandam differentiam in libris Aretaei extare videmus. *πολλὸν* enim forma Ionica legitur in libris I. II, in ceteris nulla nisi Attica vel epica. — H i p p o c r. *π ο λ λ ό ς* non extat. *π ο λ λ ό ν*

E I. 7 vulg. *πολύ*. *E* III. 229. *ΠΔΟ*. 14. 56. 65. *ΠΤΚ*. 6. 16. 23.—*π ο λ ύ ς (νν) ΠΚ*. 425. 556. 638. *E* I. 15. *ΠΔΟ*. 22 bis —*π ο λ ύ ΠΚ*. 289. 308. 333. 359. 379. 384. 387. 392. 433. 446. 464. 500. 508. 611. *E* III. 8. *ΠΑ*. 19. 22. 26. 27 bis. *ΠΔΟ*. 3. 42. *ΠΤΚ*. 4. 14. 18. *N*. 1. (var. lect. *E* I. 1. 7. 12. 18. 22. aeg. IV. VIII. XII bis. *E* III. 11. 212 ter. 2. 5. 228. 229. 230. 232. 233. 234. 235).—*π ο υ λ ύ ς ΠΚ*. 32. 348. *ΠΑ*. 22. 26. *Π*. 22 (sed in f *πολύς*). *N*. 1 (sed in *CE πολύς*). (var. lect. *ΠΚ*. 223. 388. *E* I. 2. 3. 5. 6 aeg. IV. XI. *E* III. 203. 205. 209. 212. 213. 225. 226. 227. 228. 234 bis. 237. *ΠΤΚ*. 23). — *π ο υ λ ύ ΠΚ*. 152. 402. *E* III. 11. 12. 233. *ΠΑ*. 1 bis. 6. 33. *ΠΤΚ*. 16. 24. *Π*. 33. (var. lect. *ΠΑ*. 1 bis. 6 bis. *ΠΔΟ*. 11. 14. 17 bis. 19. 30. 32. 42. 45. 47. 60. 68. *ΠΤΚ*. 16. 23. 31). in Hippocratis igitur libris perpaucas formas Ionicas extare videmus, vulgares aut epicas praevalere. nihil ab eis epistulae Hippocratis, quae eisdem nobis codicibus traduntur, differunt: *πολύ* XVII 8. 12. XVII 7. varia est lectio XVII 16 *πολύ, πουλύ C*. XXVII *πολύ* vulg. *πολλοί C*. I *πολλός* mss. duo. —

hoc quoque loco de *ναυ̯* stirpe agendum est. huius stirpis in nostris libris hae formae extant: g e n. s g. Arr. Ind. 18. 27. 41 *νεώς*. a c c. s g. Arr. Ind. 27 *νέαν L νέαν* aut *ναῦν V ναῦν* ceteri. 41 *ναῦν* in libris. — Euseb. Mynd. frg. 12. Hipp. ep. XVII 1 *νῆα*.—n o m. p l u r. *νέες* Arr. Ind. 23. 35 ter, *νῆες* 19. 39 in libris. Aret. 175. g e n. p l u r. Arr. Ind. 22. 23. 24 bis. 30. 33. 42 *νεῶν*. d a t. p l u r. Arr. Ind. 19 *ναυσί* libri. a c c. p l u r. Arr. Ind. 18. 20. 21. 23 ter. 24. 25. 26 bis. 27. 28. 29 bis. 30. 32. 33. bis. 36. 41 bis. 43. — 38 *ναῦς*. in libris Herodoti vocabulum ita declinatur: sg. *νηῦς, νεός, νηΐ, νέα* plur. *νέες, νεῶν, νηυσί, νέας*, cf. Dindorfium l. l. XL. hae formae ita ortae sunt. ad stirpem *ναυ̯* terminationes casuum adiunctae sunt, deinde u̯ eiecto vocalis *η*, quae ex *ᾱ* orta est, cum vocalibus terminationum concurrens, qui est usus dialecti recentioris Ionicae, in *ε* attenuatur. praeter Ionicas igitur formas in libris Atticas quoque extare videmus, quae sine ullo dubio corrigendae sunt. —

VIII. s t i r p e s i n *οι* e x e u n t e s. cf. I. Schmidt Kuhns Zts. 27, 347 sqq. — femininorum in *οι* exeuntium has formas invenimus: de Syr. dea 14 n. sg. *Δερκετώ*, g. sg. *Δερκετοῦς* ter, d. sg. *Δερκετοῖ*, quae nihil a vulgari dialecto differunt. —

Caput IX.

de pronominibus.

§ 36. demonstrativa et relativa.

Cum de declinatione articuli qui dicitur, nihil dicendum sit, iam de pronomine relativo agamus. ac primum quidem, qui fuerit eius usus apud Herodotum exponamus. in nominativo sing. et plur. hae formae valent: *ὅς, ἥ, τό — οἵ, αἵ, τά.* in obliquis autem casibus Herodotus formis pronominis demonstrativi utitur:

τοῦ, τῷ, τόν, τό; τῶν, τοῖσι, τούς, τά.
τῆς, τῇ, τήν; τῇσι, τάς.

si pronomen relativum cum praepositionibus coniungitur, quae non elidunt vocalem terminantem aut in consonantem exeunt: *ἐν, ἐκ, περί, πρός, σύν, ὑπέρ,* formae pronominis demonstrativi adhibentur exceptis his: *ἐς ὅ, ἐν ᾧ, ἐξ οὗ;* sin autem cum praepositionibus vocalem terminantem elidentibus: *ἀντί, ἀπό, διά, ἐπί, κατά, μετά, παρά, ὑπό,* formae pronominis relativi adhibentur.— iam Luciani usum cum Herodoteo comparemus. in adhibendis rectis et obliquis casibus absoluti pronominis relativi cum Herodoto consentit nonnullis exceptis locis, in quibus aut in singulis aut in omnibus codicibus aliae formae extant: de Syr. 24. 31 *οἵ* *AE* recte, *τοί* reliqui libri. 48 *αἵ* in *AE*, *ταί* in reliquis. 18 *ἥν* in *E*, *τήν* in ceteris. 31 *οἷσι* *AE* *τοῖσι* ceteri. — de astrol. 23 *ἅπερ* et vit auct. 4 *ἅ* in omnibus libris, contra de Syr. 25 *ἅ* in *A* solo. sed cum rectae formae longe praevaleant, nemo has formas corrigere dubitabit. in adhibendo pronomine relativo cum praepositionibus coniuncto, quamquam in codicibus nullam valuisse certam normam his fere formis satis demonstratur: *ἐν οἷς* de astrol. 10 iuxta *ἐν τοῖσι* de Syr. 2. 10. 21. 47. de astr. 24.— de Syr. 12 *ἐπὶ τοῦ.* 30 *ἐπὶ τῆς. ἀπὸ τέω* de astrol. 7. 12 iuxta *ἀντ' ὧν* de Syr. 12, tamen in his quoque formis Luciani usum ab Herodoteo non discrepasse mihi satis persuasum est, qua de causa illas differentes formas mutandas esse puto. — eodem modo in Eusebii fragmentis res se habet. satis esse videtur exempla attulisse: p. 344, 1 *τά.* ib. 5 *τάπερ.* 342, 7 *τῶν.* 344, 15 *ἀπ' ὧν,* contra 345, 12 *ἐν τῷ.* — hac consensione librorum et Luciani et Eusebii demonstratur nos optimo iure discrepantes formas corrigere. — restat, ut de ceterorum scriptorum usu pauca dicamus. hic nihil a vulgari differt, nam omnibus locis relativi pronominis formas adhibitas esse videmus. — nota dignum esse videtur, quod Arrianus pro relativo simplici pronomen compositum *ὅστις* usurpat, quod plurimis locis legitur. sed longius a proposito meo abducar, si exempla afferre velim. —

Caput X.

de verborum declinatione.

Cum iam supra de contractione vocalium concurrentium, quae maximi est momenti in verborum declinatione, accuratius disputaverimus, restat, ut hoc loco de augmento, nonnullis terminationibus, verbo substantivo pauca addamus.

§ 37. de augmento.

Cum in Luciani solum libris ab usu vulgari differentia inveniantur, primum, quomodo in eis res se habeat, exponam. augmentum syllabicum, quod dicitur, quinquies neglectum est: de Syr. 19. 22 *λίσσετο,* sed 19 codex *E* vulgarem formam exhibet *ἐλίσσετο.* de Syr. 22 *κλαίεσκε.* de Syr. 25 *φθέγξατο.* de Syr. 46 *ἀνακέατο* *AE*, *ἀνεκέατο* reliqui, *ἀνακέετο* Vatican. 90. — verbis *λίσσετο, φθέγξατο, ἀνακέατο* quin augmentum addendum sit, nemo dubitare potest. — *κλαίεσκε:* Herodotus quoque in verbis iterativis augmentum neglegere solet, cf. Dindorfium l. l. XXIV. —

augmentum temporale neglectum est: 1) in initio verborum a diphthongis *αι* et *αυ* vel ab *αϋ* incipientium: *διαιτέοντο* de Syr. 26. *ἀναίνετο* de Syr. 22. *αὐλίζετο* de Syr. 22. — *ἀΰτεε* *AE* Vatican. 90. — contra de Syr. 22 in editione Iacobitzii *ᾐδέετο* legitur, quod, cum nihil adnotatum sit, in codicibus quoque esse videtur.—

2) in his verbis: *ἀμείβετο* de Syr. 18. — *ἀπείλεεν* de Syr. 19. — *ἅπτετο* de Syr. 23. — *ἄρχετο* de Syr. 21. 24. *ἄρξατο* de Syr. 17. — *ἔσαν* de Syr. 3, contra *ἔην* 45. — *ἔλπετο* de Syr. 22. — *συνετείχθη* de Syr. 27. — *ἔχε* de Syr. 17, idem 24 *AE* exceptis, in quibus *εἶχε,* extat. *ἔχετο* de Syr. 17, *E* exhibet *ἴσχετο.* augmentum servatum est de Syr. 45 *εἶχε.* — *οἰκοδόμεον* de

Syr. 21. — *ὀρρώδεε* de Syr. 19. *ὀρρώδεεν* de Syr. 21. — in Aret. lib. p. 43 *ἕλε.* —

difficillima haec quaestio est, utrum librarii Ionicae dialecti imperiti et Homerico usu ducti omnes illas formas in textum inseruerint an Lucianus ipse eas usurpaverit. hoc acciperemus, si in libris Herodoti tales formae omnium codicum auctoritate confirmatae extarent itaque Herodotum idem fecisse manifestum esset. eo magis dolendum est in Herodoteis quoque codicibus maximam fluctuationem neque ullam normam esse de ponendo aut omittendo augmento syllabico. itaque Herodoti quoque editores inter se de hac re dissentiunt. Abichtius Herodotum in verbis a diphthongis *αι, αυ, οι* incipientibus augmentum neglexisse putat, Dindorfius contra id restituere quam omittere mavult. Curtius Verb. I,135 sq. hunc fere ad finem pervenit. poetis permissum esse, ut augmentum syllabicum omitterent, nunquam pedestris orationis scriptoribus, contra his quoque ante diphthongos et consonas duplices augmentum temporale, cum saepius pronuntiationi obstaret. — iam ad singula verba transeamus. verbum *ἔχω* semper augmento auctum esse constat. praeterea in libro Lucianeo bis *εἶχε* invenitur, augmentum igitur in hoc verbo servandum erit. — in libris reliquorum scriptorum nihil, quod a communi usu differat, invenio. —

§ 38. de terminationibus *αται* et *ατο*.

Terminationes *αται* et *ατο* ex eodem suffixo an-ta-ti atque *νται, ντο* ortae sunt. cf. Curtius Verb. I,92. in homerica dialecto illae terminationes post consonas, vocales *ι* et *υ*, *η* et *ω* ponuntur. sed cum recentioris Iadis sit *η* ante sequentem vocalem in *ε* mutare, post *ε* quoque *αται, ατο* inveniuntur. — elegiaci non sibi constant de usurpandis terminationibus *αται, ατο*. cf. Renner Stud. I 2, 24. contra iambographi cum Herodoto, qui semper *αται, ατο* adhibet, conspirant. — in nostris libris haec exempla invenimus:

post *ι*: Arr. Ind. 21 *τραποίατο*. Euseb. Mynd. frg. 34 *διαδεχοίατο*. 29 *ἐλεγχοίατο*. *E* I. 19 *γενοίατο* vulg. 21 *γενοίατο V γένοιτο* (E). *ΠΔΟ*. 1 *πυθοίατο V*. post *υ*: Euseb. Mynd. frg. 63 *διασκεδαννύαται*. post *ε*: de Syr. 35. 39 *κέαται E*. de Syr. 10 *ἀποκέαται*. 51 *ἀποκέαται, ἀπικνέαται M*. 26 *ἀνακέαται*. 45 *ἀνεκέατο* in textu ed. Iacob. *ἀνακέατο AE ἀνακέετο* Vatican. 90. 28 *περικέαται*. de astrol. 3 *περικέαται*. de Syr. 30 *ἐπικέαται*. Euseb. Mynd. frg. 63 *προκέαται*. — de Syr. 31 *εἵαται*. Euseb. 345, 11 *προσκατέατο*. — de astr. 6 *μεμιμέαται*. de Syr. 34 *κεκοσμέαται*. Euseb. Mynd. frg. 23 *ἀποστερέαται*. 64 *ἐκτέαται*. 59 *τετιμέαται*. — sed in libris Lucianeis haec terminatio ter solum recte adhibita est: de Syr. 10. 42 *ἀποδιδέχαται*. de astrol. 3 *περικέαται*. ceteris locis falso *αται* et *ατο* pro terminatione tertiae person. singul. *ται, το* posita sunt. his igitur locis illae formae mutandae sunt. —

§ 39. de verbo substantivo.

ε radicis *ἐσ-* in nonnullis formis declinationis in Ionica dialecto servatum est, cum in Attica hyphaeresi iam evanuerit. cf. Fritsch de vocalium Graecorum hyphaeresi p. 29. —

Indicat. Praes. *ἔασι* Euseb. Mynd. 58. Aret. 32. 54. 76. 120. 123. 127. 129. 130. 136. 154. 157. 176.

Particip. Ionicae formae his locis leguntur: de Syr. 1 bis. 4 bis. 5. 7. 8. 10. 12. 13 bis. 17 bis. 18 bis. 19. 20. 21. 22. 24 ter. 25 bis. 55 vit. auct. 4 bis. 6. de astrol. 1. 6. 10. 11. 12. Arr. Ind. 5. 7. 9 ter. 11. 16. 19. 25. 31 bis. 32. 43. Abyden. frg. 9 bis. Euseb. 343. Euseb. Mynd. 1. 3. 5. 6. 7. 16. 19. 23. 24. 37. 47. 50. 59. 62. 63 ter. — vulgares: de Syr. 21. 27 bis (in *A*). 60. vit. auct. 5 (*ἐόντα AC*). 14 (*παρεόντα A*). de astrol. 5. Arr. Ind. 11. 19. 20. 27. 28 bis. 31 bis. 33. 36. 41. Euseb. Mynd. frg. 51 (in codicibus *ὤν*). 63.— consentiunt epistulae et medicorum libri.

Coniunct. *ἔῃ* Aret. 5. 7. 18. 29. 31. 33 bis. 37. 38. 45. 53. 137. — 9 *ἔῃ G ἔῃν HVA*. — 28. 29. 31 *ἔῃ G εἴῃ HVA*. contra *ᾖ* legitur: Aret. p. 35. 36. 46. 59. *ἔωσι*: Aret. 37. 74. 106. 158. Hipp. *ΠΚ*. 642. *ΠΑ*. 3. 4. 20. 24. 27. *ΠΑΟ*. 5. 20. 68. *ΠΤΚ*. 21. *Π*. 22. 32. —

Optativ. *ἔοι* Aret. 169. —

infinitivi duplex forma in libris Luciani et Aretaei extat, *ἔμμεναι* et *εἶναι*, ita tamen, ut *ἔμμεναι* longe praevaleat. hanc formam, cum minime dialecti Ionicae propria sit, Lucianus et Aretaeus certe ex epica dialecto mutuati sunt, nam eam librariorum neglegentiae tanto locorum numero tribuere non possum. contra *ἔην*, cum semel in libro de Syria dea 18 et semel in Aret. p. 43,

ceteris autem locis semper *ἦν* legatur, mutandum esse puto. —

Caput XI.

conclusio.

His fere expositis restat, ut ea, quae me invenisse puto, paucis verbis complectar. ac primum quidem dicendum erit de ratione, quae intercedit inter libros de dea Syria, de astrologia, librum vitarum auctio inscriptum. mirum in modum illos tres libellos, qui inter Lucianeos circumferuntur, ita inter se de dialecto consentire videmus, ut facillime permovearis, ut uni auctori eos tribuas. num hic fuerit Lucianus, quaerere nunc non meum est. horum libellorum dialectus in universum cum dialecto Herodotea optime consentit, sed differt his duabus rebus minime gravibus:

1) Herodotus semper *ἔρσην*, Lucianus — liceat mihi hoc nomine uti — semper *ἄρσην* adhibet cf. § 3 p. 6.

2) Herodotus semper *ἀρρωδέω*, Lucianus *ὀρρωδέω* dicit cf. § 4 p. 6

Accuratissime igitur auctorem illorum librorum Herodotum imitatum esse videmus, tamen praeterea nonnullis locis ab illius Iade recessit epicasque formas immiscuit, ut *Ἰωνικώτερον* scriberet quam ipse Herodotus. huic studio tribuendas esse puto illas formas veluti *ἠέλιος* de Syr. 29. de astrol. 3. 5 a. l. cf. § 9 p. 21; *εἴαρος* cf. § 7 p. 14; *ἀπρήκτοιο* cf. § 34 p. 80. —

Arriani dialectus his fere rebus ab Herodotea differt;

1) Herodotus semper *ἔρσην*, Arrianus *ἄρσην* exhibet cf. § 3 p. 6.

2) Herodotus semper *οἶκα, οἰκός*, Arrianus *ἔοικα, ἐοικός* adhibet. cf. § 19 p. 53.

3) apud Herodotum adiectiva *ποῖος, πόσος, πότερος* et adverbia *πῇ, ποῖ, ποῦ, πῶς, πόθεν, πότε* et ab eis derivata vocabula non extant nisi per *κ* scripta, apud Arrianum vulgaris forma valet cf. § 29 p. 74.

4) prorsus differunt inter se de adhibendis pronominibus relativis. ille enim secundum legem, quam supra § 36 p. 86 exposui, aut pronominis relativi aut demonstrativi formis, hic solum vulgari forma pronominis relativi utitur.

5) Herodotus in adhibendo augmento temporali ab usu vulgari valde distat, Arrianus cum eo consentit.

sed multo maior est differentia, quae intercedit inter Herodotum eiusque imitatores et inter Hippocratem eiusque imitatores. horum dialecti his rebus inter se distinguuntur:

1) historici *μέγαθος*, medici *μέγεθος* exhibent. cf. § 2 p. 4.

2) Herodotus non utitur forma nisi *πολλός*, cum in Aretaei et Hippocratis libris epica forma aut vulgaris longe praevaleat cf. § 35 p. 84

3) Herodotus aliique historici formis a stirpe *ἐνεικ* derivatis utuntur; differunt ab eis medici, in Hippocratis enim et Aretaei liris non inveniuntur formae nisi vulgares. cf. § 7 p. 16.

4) ab Herodoto et historicis in nonnullis vocabulis, de quibus supra accuratius egi, *ειος* in *ηιος* mutatur. in medicorum libris haec mutatio non valet, cum in eis non legantur formae nisi vulgares in *ειος* exeuntes vocabulis *σημήιον* et *γυναικήιος* exceptis. cf. § 11 p. 23.

5) Herodoti et reliquorum historicorum proprium est tenuem, quam spiritus asper subsequitur, integram servare. prorsus medici dissentiunt, quorum in libris vulgaris usus valet. cf. § 28 p. 73.

6) permultum ab Herodoto eiusque imitatoribus medici ea re differunt, quod illi praepositionis forma *σύν*, hi *ξύν* utuntur § 34 p. 78.

7) dissentiunt ab Herodoto, consentiunt cum Luciano et Arriano medici de adhibendis formis *ἄρσην* et *ὀρρωδέω*, cum Arriano solo de adhibendis formis pronominis relativi et augmento temporali cf. § 3 p. 6, § 4 p. 6, § 36 p. 86. —

Excursus.

de dialecto libelli de vita Homeri.

Cum de tempore, cui hic libellus adtribuendus sit, summa sit dissensio inter viros doctos,[1]) hoc loco me aptissime de dialecto huius libelli expositurum esse puto, praesertim cum mirum in modum ab aliorum librorum dialectis differat. — de codicibus huius libelli cf. Westermann biogr. graec. min. p. V.

---

[1]) Bergkius griech. Litteraturgesch. I, 443 eum circa ol. 111 compositum esse putat, contra posterioribus demum imperatorum temporibus eum I. Schmidt »de Herodotea, quae fertur vita Homeri« tribuit. —

§ 6.

ὄνομα: 2. 3. 9. 21. 26. — semel in codicibus *οὔνομα* R^b excepto, in quo *ὄνομα*. — *ὀνομάζω* 13. 37. —

ὄρος: 9.

μόνος: 21. 37 bis. — *νόσος* 8. *νοσεῖν* 7. 8. *νοσηλεύω* 7 *BPL*. 26.

§ 7.

ξένος: 5 bis. 13. 19. 29. 35, contra Ionica forma: *ξεῖνον* 23.

ἕνεκα: 7 *εἵνεκεν* R^b *ἕνεκα ML*.

stirpis *ἐνεικ* non extat forma in libro nostro, vulgaris sola his locis invenitur: 12. 15 *προσήνεγκε*. 13 *διήνεγκαν*. 34 *ἀπηνέχθη*.

§ 8.

τραχείης: 18.

ἐς: 5 ter. 9 sexies. 15 bis. 16. 17 septies. 18 quater. 19 ter. 20. 21 bis. 22 bis. 23 bis. 26. 27 bis. 28 septies. 29 ter. 30. 35. 37. 38. contra *εἰς* legitur: 1. 4. 7 bis. 8 bis. 9 bis. 11 bis. 12. 18. 21. 25. 31 bis. 32. 34 bis. 38. semel codice fluctuant: 9 *ἐς*, sed in *B* *εἰς*. —

§ 11.

uno excepto vocabulo 38 *στρατηίης* nunquam in hoc libello *εῖον*, *εία* in *ήιον*, *ηίη* mutatur: *θεραπείη* 7. 16. *μνημεῖον* 2. *ἱέρεια* 30. *σκυτεῖον* 9 bis. 26. —

§ 12.

legitur in nostro libro forma vocabulorum *θαῦμα* et *θαυμαστός* semper per *ωυ* scripta: *θωῦμα* 21. 22. 23. 24. *θωυμαστός* 5. 12. 25. semel forma vulgaris: 36 *ἐθαυμάζετο* in libris extare videtur, semel varia est eorum lectio: 9 *MLf* exhibent *θαύματος*. sine dubio forma per *ωυ* scripta restituenda est. —

§ 13.

vicies quinquies contracta forma, soluta contra septies extat. duobus locis codices inter se dissentiunt: vs. 125 *ποιεῖ* legitur in R^a *BMPL*, optimis codicibus; vs. 283 *ἱστόρεεν* in textu, *M*

praebet *ἱστόρεον*. mirum in modum contractas formas praevalere videmus neque solum in verborum declinatione, sed etiam in substantivis, quorum in uno vs. 417 *κεραμέες* soluta forma extat. —

§ 15.

longe praevalent formae solutae. vicies quater hae leguntur, contractae contra his locis extant: 6 *Μελησιγένη*. 7 *ὑγιῆ*, quae sine dubio corrigendae sunt. —

ἔαρος 34.

σφέας 17. *ὑμᾶς* 19.

§ 16.

non legitur forma nisi contracta: *σκυτεῖ* 9. 26. *τείχει* 26.

§ 18.

verb. contr. soluta forma legitur octies: 5 *ἐσαπικνέονται*. 6 *ἀπικνέονται*. 27 *ἀπικνεομένων*. 9 *αἰτέοντα*. 21 *ὑλάκτεον*. 22 *ἀπηγεομένων*. 20 *καλέουσι*. 7 *ἀρκεόντως*. — contracta forma duodecies: *καλοῦσι* 29. *καλούμενος* 3. 16. *ποιούμενος* 4. *ἐποιοῦντο* 13. *ποιοῦντα* 37. *συνομολογοῦσι* 7. *προθυμουμένου* 13. *ὑλακτούντων* 22. *δειπνοῦντας* 22. *ὡδήγουν* 33. *ὁρμούντων* 34. — semel in modum Ionicae dialecti contracta forma legitur: 23 *ποιεύμενος*. semel in codicibus fluctuatio est: 38 *καλεομένη*, *καλουμένη* *M*. —

stirpes in *σ* exeuntes. non legitur forma nisi soluta his locis: 2 *Ἰθαγένεος*. 11 *τείχεος*. 13 *Μελησιγένεος*. —

§ 20.

verb. contr. ter soluta forma: 6 *ἱστορέων*, 27 *κατοικέων*, *εὐδοκιμέων*. semel contracta forma legitur 15 *ποιῶν*.

stirpes in *σ* exeuntes. octies soluta forma legitur, semel 38 *ἀκριβῶς* contracta.

σημανέων 23.

stirpes in u̯ exeuntes. non extat forma nisi vulgaris.

ἡμέων 35.

§ 21.

gen. sg. Ionica forma sexies legitur: 6 *Μέντεω*. 9 *Ἀμφιάρεω*. 11 bis *Γορδίεω*. 17 *Θεστορίδεω*. 38 *Ξέρξεω*. —

gen. plur. 12. 13 bis *βουλευτέων*. 17. 18. 35 *ναυτέων*. 36 *πολιητέων*. —

§ 22.

α brevis concurrit 1) cum *ε*, *ει*. semper contrahitur in declinatione verborum in *αω* exeuntium. 4 *ἑώρα*. 5 *ἑωρᾶτο*. 6 *διεωρᾶτο*. 14 *ἐτελεύτα*. 16 *διῃτᾶτο*. 23 *ἐρωτᾷ*. 24 *ἐκοιμᾶτο*. 2) servatur in: *ἀείδω* 32 bis. 33.

α brevis cum *ο*, *ου*, *ω* concurrens semper contrahitur: 12 *καθεστῶτος*. 19 *πλανωμένης*. 22 *εἱστιῶντο*. 26 *τιμῶν*. 31 *ἐτίμων*. 37 *ὀπτῶσιν*.

denique afferendae sunt formae vocabuli *χρῆσθαι*: 1. 37 *ἐχρῆτο*. 4 *χρωμένη*. 37 *χρέονται*, *χρέωνται* R^b *M*. —

§ 23.

ο cum vocalibus concurrit:

1) in declinatione verborum. *οε*, *οο* in *ου*, *οει* in *οι* contrahitur. *οε*: 4 *μισθοῦται*. *οει*: 37 *δηλοῖ*. *οο*: 5 *ἀνδρούμενος*.

2) in vocabulis cum *ἐ̂ργ* compositis: 4 *ἐριουργῆσαι*.

3) *πλοῦς*: 19 *πλοῦς*. 18 *πλοῦ*. 17. 29 *πλοῦν*. 17 *σύμπλουν*. 36 codices fluctuant *συμπλόων*, sed in $R^{a\,b}$ *σύμπλων*.

4) *ν* evanuit. 16 *ἐλάσσω*. 34 *πλείους*.

§ 24.

non extat forma nisi vulgaris *ἱερός*: *ἱερά* 30. 37. *ἱερῶν* 30. *ἱέρεια* 30. —

§ 25.

concurrunt vocales *ο* et *αυ* in vocabulo *ἑωυτοῦ*. duodecies forma Ionica valet, bis vulgaris, semel dissensio inter codices est: 1 *ἑωυτοῦ*, *ἑαυτοῦ* *ABf*. tamen Ionica forma ubique restituenda est.

§ 27.

de spiritu aspero.

1) de vocabulis, quorum prior pars praepositio est.

ἀπό: *ἀπικνέομαι* vicies ter Ionica huius vocabuli forma legitur, uno solum loco codices ad vulgarem aberraverunt: 6 *ἀφίκοιτο*, quae certe corrigenda est. *ἀπηγέομαι*: bis Ionica forma legitur 22. 23.

κατά: *κατῆμαι*: semel de Ionica forma dissensio in codicibus: 9 *κατήμενος*, *καθήμενος* *BMLf*. contra vulgaris: 12 *ἐκάθητο*. 19 *ἐπικαθήμενον*. 35 *καθημένου*. — *κατίζω*: bis Ionica forma *κατίζων* 10. 12. extat, semel vulgaris *ἐγκαθίζοντες* 5. — *κατίστημι*: sexies vulgaris forma invenitur, Ionica nunquam: 5 bis. 12 bis. 25. 26.— *καθάπερ* 22 vulgarem formam exhibet.

μετά: *μετέξειν*: 9 inter codices de hoc vocabulo scribendo dissensio est: in R^a *ML* *μεθέξειν*. in cett. *μετέξειν*.

2) in concursu vocabulorum tenues ubique in aspiratas mutatae sunt: 3 *ἀφ' ὧν*. 10. 38 *ἀφ' οὗ*. 5 *καθ' ἑωυτόν*. 6 *μεθ' ἑωυτοῦ*. 26 *μεθ' οὗ*. —

§ 28.

δέχομαι: 12 *ἀποδέκοντα*. *ἀποδέχοντα* *MLf*. 23 *δεχομένου*.

ἐνθαῦτα: Ionica forma semel 2, contra vulgaris *ἐνταῦθα* 24.— 13. 21 *ἐντεῦθεν*. 20 *αὐτόθι*. —

§ 29.

Ionica forma bis: *ὁκότε* 5. *ὅκως* 21. — vulgaris: 6 *ὅπου*. 18 *ὅπως*. 14. 19 *πῶς*. 26 *ὁπότε*.

§ 31.

γίνεται: 1. 20. 38. *κατεγίνωσκε*: 23.

§ 35.

I. dativi pluralis forma nihil a vulgari usu differt, cum semper in *αις* terminetur.

II. bis Ionica forma dativi pluralis 6 *τούτοισι*, 16 *αὐτοῖσι*, quadragies semel vulgaris in *οις* terminans in libris legitur, qua re illas *αὐτοῖσι*, *τούτοισι* formas corrigendas esse puto.

V. stirpes in *ι* exeuntes: gen. sg. octies forma Ionica legitur: 1. 5. 10. 16. 29. 34 bis. 38; Attica bis: 26 *ποιήσεως*. 38 *διαβάσεως*. semel in codicibus fluctuatio esse videtur: 27 *ποιήσιος* R^b. sine ullo dubio ubique forma Ionica restituenda est. dat. sg. non extat forma nisi vulgaris in sex locis: 6. 8. 24 bis. 26. 30. gen. plur. 28 *πολίων* R^a *πόλεων* R^b. acc. plur. Ionica forma bis 6. 26 *πόλιας*. vulgaris item bis 22. 38 *πόλεις* legitur.

VII. stirpes in *ε̂υ* exeuntes: 11 *βασιλῆι*. 35 *ἁλιῆες*.

πολλός: 5. 16. 17 *πολλόν* forma Ionica legitur, contra 21. 33 *πολύν*. 5 *πολίς*. 34 *πολύ*.

§ 36.

in adhibendo pronomine relativo dialectus nostri libelli nihil a vulgari dissentit.

§ 39.

ἐών: 2. 8. 9. — *ἐόντος* 23. — *ἐόντι* 26. — *ἐόντα* 24. 37. *παρεόντα* 24. — *παρεόντων* 9 ter. 35.—*ἐοῦσα*: 38. *ἐούσης* 16. 18. varia est lectio: 21 *ἐών* *R* b. 16 *ἐόντα*, *ὄντα* *M*. 35 *παρεόντων*, *παρόντων* *M*. — vulgaris forma legitur his locis: *ὤν*: 4. 19. 37. *ὄντα* 4. *οὖσα* 3. —

Corrigenda.

p. 2 l. 10 pro *Ἑλληνες* legas *Ἕλληνες*.
» 5 » 27 pro m i h legas m i h i.
» 11 » 27 pro o r m a r u m legas f o r m a r u m.
» 14 » 11 pro *ἐαρ* legas *ἔαρ*.
» 15 » 36 pro *εἰνεκεν* legas *εἵνεκεν*.
» 16 » 1 pro *εἰνεκεν* legas *εἵνεκεν*.
» 16 » 26 pro s c r i p t u m legas s c r i p t a m.
» 24 » 20 pro Fritsch Hamburg 1888 zum Vocalismus d. h. D. p. 9 sqq. legas Fritsch z. V. d. h. D. Hamburg 1888 p. 9 sqq.
» 31 » 22 pro *τελεῖσθω* legas *τελείσθω*.
» 39 » 5 pro *ποχωρέειν* legas *ὑποχωρέειν*.
» 40 » 6 pro q u i n i n e t i a m legas q u i n e t i a m i n.
» 51 » 17 pro q u e legas q u e m.
» 65 » 11 a. m. hoc loco delendum et l. 12 post *ἄθροος* ponendum est.
» 70 » 34 pro i b r o legas l i b r o.
» 73 » 20 pro *ἡμέρη* legas *ἡμέρῃ*.
» 74 » 30 pro G r a m legas G r a m m.
» 75 » 28 pro t a n t e r legas s t a n t e r.
» 78 » 7 pro u t i q n e legas u t i q u e.

Vita.

Natus sum Hugo Lindemann in vico Iaguerao, quod est municipium provinciae Rio Grande do Sul in Brasilia, anno 1867 die IX. mens. August. patre Rudolfo, matre Theresa e gente Sattler, fidem profiteor evangelicam. Ludwigsburgae litterarum elementis imbutus Hannoverae per octo annos gymnasii regii fui alumnus. maturitatis testimonium adeptus ut studiis Graecis, Latinis, Theodiscis me darem, Gottingam me contuli ibique per bis sex menses scholas adii, quas habuerunt viri doctissimi: Baumann, Bechtel, Dilthey, A. Fick, G. E. Mueller, H. A. Schwartz, de Wilamowitz-Moellendorf. proseminarii sodalis fui per sex menses. deinde Bonnam migravi, ubi scholis interfui per bis sex menses virorum doctissimorum: Buecheler, Klein, Usener, Wilmans. tum Monachii per sex menses magistris usus sum clarissimis de Brunn et Woelfflin. Kiliae denique me docuerunt viri illustrissimi: Blass, Forchhammer, Foerster, Glogau, Th. Moebius, F. Vogt. sodalis fui proseminarii philologici per sex menses, seminarii philologici per tria semenstria; praeterea interfui exercitationibus Theodiscis, quas instituit F. Vogt, per quattuor semenstria. omnibus his viris gratias ago quam maximas semperque me habiturum profiteor, imprimis autem R. Foerstero, qui liberalissime me, cum his studiis operam darem, et consilio et opera adiuvit, quamvis et de multis rebus quae dissertationem meam respiciunt aliter sentiret. —

Sentententiae Controversae.

I.

Herodoti textum duplici, quae dicitur, *μεταχαρακτηρισμῷ* affectum esse puto.

II.

In Iuvenalis saturis recensendis codex Vindobonensis sc. [illegible] maximi momenti est.

III.

Fragmenta, quae Blanschandin inscripta sunt, dialecto austro-francica composita sunt.

IV.

Artem gymnasticam, qualis nunc in scholis docetur, minime quod spectat efficere puto, ut omnium discipulorum corpora habilia et ad labores tolerandos apta faciat.